









1772.

1. Tredenburg, Joseph Pet: De urbibus in pecto  
Secundum p. 367 transactiois provincialis Mecklenburg.  
Præ & postius fracturis non cœdentes.
2. Tredenburg, Joseph Pet: De lucro tribis ordinis  
ab secunda voto non auferendis.

1773.

Wulff, Karus Johans: An et quatenus successores  
antuctores or constructione ab ipsis celebrata præ  
et ubi illorum regnauerint?

1774.

1. Rinkart, Joseph Petrus: Gedanken über die  
Einrichtung der juristischen Studien auf Mari-  
nenthal, wobei derselbe zugleich seine im-  
Niederen Sommer-Vorlesungen angeht

1774.

2. Freudenburg, Arctus Rnd: *Quæstiones juris con-*  
*traversæ*

3. Freudenburg, Arctus Rnd: *De Gis' Democratioe  
actoris ejusque usi et applicacione in for-*

1776.

1. Leuenstern, Nicolaus Georgius Bernardus: *De locau-  
rum publicatione in suppliiorum consequen-  
tiam numeri Carolinae sublate*

2. Leuenstern, Nicolaus Georgius Bernardus: *De uite  
Ipprehensi in l. 22 pr. D. quod vi autem*

3. Martini, Ioannes Matthaeus: *De sententia et re  
judicata iustitia principis ac legis novae*

1777.

1. Beckring, Historian W. Helms: *Art. I. ex per-  
stans causæ appellacioni recte ponunt*

2. Luewensius, Nizetus Georgius Bernhardus : De sacrae  
Vinei collateralem et feodo novo iure antiquo  
concessis occurrunt ius communis et Mecklen-  
burgianum jurecōstringenda.

3<sup>rd</sup> = Martinus, Iohann Matthäus : Discantione Orationis  
et Scepti.

1778.

1. Martinus, Iohann Matthäus : Als die Academie ge-  
Büger der gleichzeitigen Herrschaft des durchdring-  
lichen Fursti - Prinzen Lasse, Kurgärtz zu Mecklen-  
burg . . . durch . . . ye hattave Reden feiern  
wollte, lud ein . . .

2. Martinus, Iohann Matthäus : Fürstliche Rede  
vor der berühmten Glückseligkeit Mecklenburgs  
an den Erfolg seines durchdringlichsten Regenten  
am 19. Febr. 1778 an zu Tage so beglückt

Hervorragys des Durchlauchtigsten Fursts zu Braunschweig  
Louise, Herzogin zu Mecklenburg in den Versammlungen  
der Academie zu Berlin gehalten

3. Reinhard, Abt. Phys.: De restitutione in integrum, quae  
1799. fit brevem manu

Auctoropus, Johann Christianus: Testimonia mercatorum  
et litig. &c p. 2. Abt. 1. Paris Hamburgensis

1781.

1. Martinus Johann Matthies: Bey der Feier des  
gleichen Hochth. Hervorragys des Durchlauchtigsten Fursts  
zu Braunschweig Louise, Herzogin zu Mecklenburg, und  
auf den 12ten Mart. des Jahres 1781 zu Hohenberg  
eingezogen in der Salzglocke zu vollendeten Predigen

... 674

2. Martinus, Joannes Matthies: De jure circos  
votan

3. 

1781.

J. Martinus, Joannes Mattheius : De favore libe-  
rorum naturalium secundum principia reli-  
gionis virtutae non ceterando multo minus  
est ad alios et in ceteris applicandum.

F. Struve, Friedrich Wilhelm : De raro mehr  
subornationis in repetendo nomine testam.  
sect. I.

1782.

Prehn, Joannes Jacobus : An imperanti exercitium  
juri circa sacra magistratice ut inserviam cleri  
der Griseekirche - est adstricendum?

1783

Martinus, Joannes Mattheius : De jure canto in letem-  
nario premissi arbitriis

1767.

1. Neuenkuff, Jo. der: De morte loco juregiorum
2. Walff, Christopher Augustus Kavaller. De obligacione  
bonorum et cognitorum et salvanda ex feudo usque  
defuncti debita

1769.

1. Martin, Jakobus Matthaeus: Natur ex spousa  
successoris ex feudo expers
2. Preckel, James Thielius: De pragmativa nominum  
ex talibus publicis - den Stadts-Pandecten





F. 5. num. 57.

DE  
**ARBORIBVS IN FEODO**  
SECUNDVM §. CCCVII. TRANSACTIONIS PROVINCIALIS  
MECLENBVRGICAE  
A FEMINIS FRVCTVARIIS NON CAEDENDIS

1772.  
P. 329  
AVCTORITATE  
*ILLVSTRIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA*  
IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE  
**ADOLPH. FRID. TRENDLENBVRG**  
S. PALATII CAESAREI COMITE  
ART. LIBERAL. MAGISTRO PHILOSOPH. ET IVR. VTR. DOCTORE  
IVR. ANTECESS. ORDINIS ICTORVM BVETZOV. SENIORE  
SOCIETATI DVCALI TEVTON. QVAE HELMSTADII EST  
HONORIS CAVSSA ADSCRIPTO

VT AD  
*SVMMOS IN IVRE HONORES*  
ADITVM SIBI PARET  
DISPVTABIT



ERNEST. IOAN. FRID. MANTZEL  
ROSTOCHIENSIS MEGAPOLITANVS  
IN DICASTERIO DVCALI QVOD ROSTOCHII EST ADVOCATUS  
ET PROCRVATOR ORDINARIVS.

BVETZOVII  
A. D. XXVIII. MAII A. O. R. c15CCLXXII.

18 25

ОУОЛІ ВІНОГДРСАДА  
МІЛОНІЧЕ СІМОДІДА  
БІЛКІЧЕ СІМОДІДА

І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА

18 25

І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА

І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА

І СЛАВІ СІДДА  
І СЛАВІ СІДДА

І СЛАВІ СІДДА

## §. I.

## INSTITVTI RATIO.

**N**e abuti viderer SERENISSIMI PRINCIPIS AC DVCIS  
regnantis nostri, quem Deus amet, indulgentia, qua  
legis, quae non nisi honoribus academicis ornatos ad  
perorandas aliorum caussas in foro admitti iubet, triennii  
vacationem superiori anno clementissime mihi concessit, in-  
tra ipsum illud vacationis tempus, vt legi, quam dixi, satis-  
facerem, adii Inclitum et Illustrem Iureconsultorum Ordinem  
in Alma Fridericiana, cui Diuus Auis ERNESTVS IOAN-  
NES FRIDERICVS MANTZEL per septennium et quod ex-  
currit, Senior interfuit, decenter petens, vt ad honores aca-  
demicos me admitteret. Qua quidem in re non possum singu-  
larem integri illius illustris Ordinis in me beniuolentiam  
per omnem vitam gratissima mente agnoscendam satis praed-  
dicare, nec, si possem, hoc loco multis laudibus efferrem.  
Quum vero leges moresque Academiarum exigant, vt qui  
honoribus academicis ornari cupit, libellum de re quadam ad  
artem, quam profitetur, pertinente conscriptum ad disceptan-  
dum proponat, ne hac in re quid in me desideretur, duo in-  
primis curanda mihi esse putau. Alterum scilicet, vt ipsa

A

quae-

quaestio, quam hoc libello tractarem, esset selecta, nec ex tritis illis, terque quaterque recocitis, quae vel solo auditu displacent, et taedium potius solent atque fastidium legentibus creare, quam legendi cupidinem excitare, alterum, ut in exponna nra quaestione illa ita versarer, vt nec lecturos, quos forte argumenti nouitas vtilitasque allicuissest, scribendi ruditas et imperitia deterreret, nec qualiscunque disputatio mea ipsis illis honoribus, ad quos aditum mihi parare debebat, plane indigna videretur. Primum autem, quod efficere studui, consequutum me esse spero, quum quaestione elegerim ex imo patrio iure eiusdemque ea parte desumptam, quam Diuus Annus, cui sit terra leuis, dum viueret, singulari studio et amavit et perpoluit, nec nouitatis nec vtilitatis laude commendatione que destitutam. In altero autem, cui operam dandam esse dixi, etiam si, quod intelligo, voluisse non plane sat est, tamen si qua in re defecerim, nobilemque et illustrem iuris nostri patrii locum, aut non satis erudite subtiliterque disputando, aut minus eleganter politeque scribendo, non digne pertractauerim, huius rei veniam excusationemque, et ob aetatem, et ob virae rationem a viris aequis peritisque et rogo petoque quam enixissime, et obtenturum me esse spero atque confido, quippe qui iuuenis strepitui forensi dicatus, et ab hoc placato, quo iam vti debo, dicendi genere plane alienus, nec praefidiis illis satis instructus, quibus omnino abundare debet, qui hoc, quo viuimus, saeculo in publicum quid edere vult, quod lecturis non plane displiceat, puto facilius excusari posse, quum non iuuenili aestu prurituque, sed ipsa necessitate adactus ad scriben.

bendum adcesserim. Quare id maxime efficere contendam, ut hac ipsa, quam iam rogaui, venia non plane indignum me habeant, qui sunt harum rerum intelligentes et aequi bonique earum aestimatores.

## §. II.

### IVRIS FILIARVM VSVFRVCTVARIARVM BREVIS DESCRIP TIO ET ORIGO.

Quae Megapoleos nostrae laus est et commendatio singularis, quod ab omni aeuo fuerit morum atauitorum tenacissima sanctissimaque custos <sup>1)</sup>, aemula quasi vicinae Cimbriae, laudatissimae in hoc studio nunquam satis laudando <sup>2)</sup>, ea in primis quoque manifestari mihi et collustrari videtur exemplo iuris illius singularis, quod a longissime remotis inde temporibus in patria viguit, hodieque viget, vi cuius filiae <sup>3)</sup> vasallorum <sup>4)</sup> Meclenburgensium nec prolem masculam feodi capacem <sup>5)</sup> iureque suo succedendi vti volentem <sup>6)</sup>, nec eius spem quidem relinquentium, feoda paterna, nisi ad adscendentes ex refutationis iure reuertantur <sup>7)</sup>, ad dies vitae iure vsusfructus possident <sup>8)</sup>, quodue vernacula lingua *das Erbierungfernrecht* <sup>9)</sup>, aut *die Erbfaeulein-Gerechtigkeit* <sup>10)</sup> dici solet, sicuti ipsas feminas hoc iure vtentes *Erbiungfern*, *Erbfaeulein*, *Erbtoechter* <sup>11)</sup>, latino sermone, virgines vel filias usufructuarias adpellare consuevit. Non est enim, quod hodie verear eruditorum hominum dissensum, dum celeberrimos patriae Iureconsultos sequutus notissimum illud et cele-

A 2

bra-

III

bratissimum ius, posthabitum veterum somniis, natis in tenebris, quibus tegebantur miseri illi, historiae et artis criticae luminibus destituti <sup>12)</sup>, ad certissimas referam reliquias moris antiquissimi, quo maiores nostri vtebantur in successione ab intestato, quippe qui nec in feodis nostris plane desit, sed hoc ius quasi vestigium memoratu dignissimum reliquit. <sup>13)</sup>

1) Quam laudem patriae nostrae ut vindicem, licebit enim pauca huius rei gratia quasi in diuerticulo adiicere, ante omnia prouoco ad leges, quas sub nomine ANGLIORVM ET WERINORVM ediderunt sollertissimi Legum antiquissimarum Germaniae collectores (<sup>a</sup>), quippe quas antiquissimas patriae nostrae proprias esse nemo dubitat, postquam id ex TACITI, PTOLOMAEI, PLINII, STRABONIS testimonii aliisque argumentis certissime probatum dedit D. DE WESTPHAL, vir post fata quoque immortalis memoriae ac gloriae (<sup>b</sup>), idque denuo firmauit, adiecio amplissimo recensu doctissimorum virorum idem probantium (<sup>c</sup>), quem si quis vellet adieciis non nullis recentioribus augere, poterat adire illufris IO. MATTH. MARTINI dissertationem inauguralem. (<sup>d</sup>) Omnibus illis tamen, sane non ultimo loco, addendus est, qui idem docuit, Vir S. V. et Perill. IOAN. CAR. HENR. DREYER ICTorum, qui de iure germanico bene meruerunt, nemini se-

cun-

a) HEROLDVS in Libr. Origin, et Ienb. p. 51. sqq.

Germ. antiquit. p. 127. LINDEM-BROGIVS in Cod. Legum antiqu. Germ. p. 479. LEIBNITIUS Tom I. Scri-

ptor. Rer. Brunsiac. p. 87. et GEORG-

EISCH Corp. iur. Germ. ant. p. 445.

b) in elegantissimo libro de confine-  
zudine ex sacco et libro p. 431. lit. m.  
et in Specim. Documentor. inedit. Mec-

lenb. p. 51. sqq.  
c) in praefat. ad Tom. I. Monumen-

tor. inedit. quantius pretii thesaurum

continentium p. 106.

d) Buerzouii a. 1763. sine Praeside  
habitam de conditione arque statu homi-  
num proprietarum in Megapoli tum anti-  
quo tum hodie ru Cap. I, §. 2. nos. 2.  
pag. 4.

ēundus (e). Dein certissimum huius laudis patriae monumentum nominare licet Ius illud vetustissimum *Suerinense*, manifestissima veterum illarum legum vestigia referens, de caius origine longe vetustiori ea, quam illi adscripsit vir *Generof.* et *illuſtr. DE SELCHOW* (f), variisque eiusdem fragmentis copiosius exposuit *PRAESES* (g), id quod tantae fuit celebritatis, ut eius auctoritas ne Megapoleos quidem finibus circumscriberetur, sed ad exteros quoque vicinos populos, in primis *Holſatiae*, *Pomeraniae* et *Rugiae* pertingeret (h). Tum referendum hoc est ipsum ius *Parchimense* (i), quo, ipso et aliae ciuitates veluti *Sternbergum* (k), donatae sunt. Porro hanc gloriam patriae testatur iuris Saxonici in eadem auctoritas, maior quidem olim, nec tamen postea per iuris Romani receptionem (l) adeo exſincta, vt ne eiusdem vestigia reperire liceret  
quin

e) in aureolo libello *de genuino usu iuris Anglo-Saxonici in explicando iure Cimbrico et Saxonico*. p. 215. sq.

f) qui in elementis iur. germ. priuat. bod. Cap. 2. Scđt. 2. §. 34. n. 2. hoc ius refert ad a. 1222. ob non recte intellectum locum S. V. et per ill. DREYE-R in der Samlung vermischter Abbandlungen 1 Th. pag. 21. vti docuit PRAESES loco mox nominando.

g) in den gelehrten Beytraegen zu den Mecklenburg-Schwerinischen Nachrichten ad ann. 1766. Stueck 22. et seqq. p. 87. seqq.

h) Vid. *DE WESTPHAL* in' *praef.* quam dixi, Tom. I. Mon. ined. pag. 102. sq. et Cl. DREYER loco, quem nominavi pag. 23. not. 4. vbi multos inuenies auctores hanc in rem pro more suo ex

instructissimo adparatu a viro doctissimo nominatos.

i) de quo singulariter exposuit D. AVVS in diff. inaug. D. RINGWIGHT Roſt. 1757. edita titulo: *Specialia iuris flauatarii Parchimensis.*

k) ipsum diploma HENRICI de a. 1309. legere licet apud *DE WESTPHAL* in Specim. document. ined. Meclenb. p. 123. sq. et in Diplomatario Meclenb. Tom. IV. Mon. ined. pag. 951. item apud FRANCKE im Alten und Neuen Meclenb. Lib. V. C. 24. p. 208. sq.

l) de qua queritur AVVS in Jure Mec. ill. Cent. 22. iud. 5. et in diff. quam ipso praefide ipse ego defendi de ICtis extraneis in iure Mec. errant. Sect. 3. §. 19. et 25. 26.

(<sup>m</sup>), quin eam ipsam probat, et nouum domestici iuris tenacitatis testimonium praebet frequentissima iuris antiqui Lubecensis, ex ipso iure Saxonico nati atque profecti (<sup>n</sup>), in multis ciuitatibus Meclenburgicis receptio, inde a saeculo decimo tertio facta (<sup>o</sup>). Denique probant hunc ardo-

*m)* de iuris Saxonici in patria auctoritate contra multos, tantum non omnes, patios Ictos ipse patrius Ictus celeberrimus *DREYERVS in diff. de cospitalitatis requisito in testibus habitibus ad §. XXIV. lit. e. pag. m. 125. sqq.* pererudit disputat, ubi ad ea, quae de Gerada et Hergewerta dicit, non sine magno pondere addi possunt quaest. *27. VLRICI* Ducis ad nobiles quosdam in patria, horumque ad eam responsio apud *GERDES Collect. 2. diplom. Mecl. p. 83. et 86.*

*n)* quod ne mireris adeo certo a me dici, auctorem nomino grauissimum contra communem opinionem de iuris Lubecensis ex Statutis Sufatenib[us] deducenda origine, mira, sed sibi consueta, doctrinae copia differentem summum *DREYERVM in der Einleitung zur Kenntniß der allgemeinen Luebeckischen Verordnungen 3 Abth. 1 Haupft. pag. 202. sqq.*

*o)* Ciuitates Meclenburgicas iure Lubecensi donatas recentent *SIBRAND in Vrb. Lub. iur. publ. P. 1. Sect. 10. et ex eo CAROCCIVS in der Anteitung zur Historie des Luebschen Rechtes §. 24. sqq.*

*et TORNOV. in Praef. ad Tract. de feudis Mectenb.* Plures nominat, qui de hac re ex instituto tractauit, *D. DE WESTPHAL in diff. de indole practica iuris Lubecens. in ciuitat. Meclenburg §. 3. 4. et 5.* et, qui hunc simpliciter sequuntur est *Excell. RICCIUS im Entwurf vom Stadtgesetzen Lib. I. c. 6. §. 5. cum quibus conferendus est KLEVER in der Beschreib. des Herzogth. Meclenb. P. 2. adp. III. §. 9. pag. 772. sqq.* Passem quoque huius receptionis respectu variarum vrbium Meclenburgicarum mentionem fieri apud scriptores historicos Meclenburgicos, *CHEMNITIUM, FRANCKIVM, BVCHHOZIVM, KLEVERVM, et MATTH. IOAN. DE BEHR*, qui *Lib. 4. rerum Meclenb. c. 7. p. 644*, indicem quoque plurim ciuitatum, licet mancum, exhibet, facile intelligitur. Sed et varia de hac re obueniunt in *D. AVI Iure Meclenb. et Lubeck. illustrato*, veluti qui *Guestronium Cent. II. ind. 22. 28. 75. Ribuzium Cent. II. ind. 36. Gadebusch Cent. II. ind. 35. 47. et Cent. III. ind. 10. Neuen-Kahlen Cent. I. ind. 42. et Cent. V. ind. 25*, ubi eadem leguntur, quae inuenire

ardorem, ne recentissimis quidem temporibus extinctum, quaestiones  
d. VLRICI gloriae memoriae a. 1581 quibusdam ex ordine equestris circa  
feodorum iura ( p ), et aliae, a. 1589 ciuitatibus in patria celeberrimis  
ad indaganda iura earum et consuetudines propositae ( q ). Eleganter quo-  
que et apte odium peregrini iuris testatus est ordo equestris circuli Stargar-  
densis sub auspiciis imperii ADOLPHI FRIBERICI I. et IOANNIS ALBERTI  
II. Ducum glor. mem. ( r ) Constat etiam de *Meiana* diligentia in con-

inuenire quoque licet in *Select. iurid.* Rostoch. *Faf.* 3. *Spec.* 16. *sqq. affert.* 13. *Warnemuende Cent.* II. *iud.* 43. *Wah-*  
*ein Cent.* II. *iud.* 50. sic quoque COTH-  
MANNVS de hac donatione iuris Lube-  
censis qua *Rostochium* in *Resp. acad.* 47.  
nr. 53, et qua *Wismariam* ibid. nr. 26.  
differit. Confer. etiam Eudemus qua  
*Guestronium* in *Vol. II. Resp.* 51. nr.  
297 — 312. ibique in primis nr. 302.  
et 310. Nouissimum autem catalogum  
eumque certissimum, quod adserit, (*ein*  
*zuverlaßiges Verzeichniß*) ciuitatum  
Meclenburgicarum iure Lubecensi vten-  
tium exhibet S. V. et per ill. DREYER  
in der Einteilung zur Kenntniß der  
Luebeckischen allgemeinen Verordnungen  
etc. 3. Abth. 1 *Hauptst.* pag. 275. Sed  
quum ibi ciuitatem *Goldberg* quoque  
nominatam inuenio, quam et D. DE WEST-  
PHAL et KIVEYER referunt ad illas,  
qua iure Lubecensi vntunt, iuuabit hoc  
loco notare, quod *PRAESES* mihi sup-  
peditanuit, scilicet inuenisse se in *Actis*  
*concursum* creditorum *Christ. Lud. Lan-*  
*ge*, iudicis quondam ciuitatis *Goldber-*

cinnan-  
genfis, a. 1766. ad Ordinem *ICtorum*  
Buetzouiensum concipiendae sententiae  
prioritatis gratia a iudicio praefecturae  
Goldbergensis transmissis, extractum  
des *Abschiedes von 1570*. publica au-  
toritate transsumptum, in quo statueba-  
tur, debere ibi praeter causas successio-  
nis coniugum secundum *ius commune*,  
non vero secundum *ius Parchimense* iu-  
dicari. Sed sciunt omnes in foris Mecl-  
enburgicis versantes, quam vexatissi-  
mam hanc esse de ysu iuris Lubecensis  
quaestionem.

p) Has quaestiones cum responsioni-  
bus ad eas datis exhibet GEORG. GV-  
STAV. GERDES in *Collect. 2. diplomac.*  
Meclenburg. p. 80 — 87.

q) Ex quibus quaestionibus datisque  
ad illas responsionibus Magistratum  
confectus est elegans iurium Meclenburgi-  
corum codicillus, quem dedit nobis  
DE WESTPHAL Tom. I. *Monum. ined.*  
p. 2049. *sqq.*

r) Quam IASMYNDI equitis oratio-  
nen exhibet DE BEEHRL. 5. *Rer.*  
Mecl. c. 7. p. 901.

## VIII

cinnando periculo iuris prouincialis Meclenburgici (<sup>1</sup>), cui procul dubio anfam dederunt desideria ordinum prouincialium Meclenburgicorum a.

**1621** de iure ciuili et a. **1685** de iure tam ciuili, quam feodali Meclenburgico concinnando humillime proposita, quibus clementissime adnuerunt Serenissimi Principes, vti constat ex promissionibus huius rei cauſa datis in *Reuerſal. de a. 1621. art. 36* et in *Resolut. ad Grauam. polit. I. Receffui Suerinensi de a. 1701.* subiectis. Nec leuis est exspectatio codicis iuris prouincialis Meclenburgici, qui secundum *Transact. prou. §. 337.* denuo promiſſus et ex parte iam confectus est.

2) Id quod vel ex solo incomparabili theſauro *Monumentorum ineditorum*, nominis perillustris WESTPHALIANI immortali decore, innumeris locis demonstrare liceret, si opus eſſet, in re non ignota magno teſtium agmine vti. Paucā tamen vt proferam, ne, vt fit interdum, penuria et inopia laborans de multitudine et abundantia gloriari videar, prouoco ad *confuetudines et Leges Ditmarorum antiquas* a. **1447** in codicem iuris scripti redactas (<sup>a</sup>), et teſtimonium denuncio manibus, quibus bene precor, ipſius D. WESTPHALII (<sup>b</sup>), MICHAELIS GOLDASTI (<sup>c</sup>), IOACHIMI BLVTINGII (<sup>d</sup>), tuisque PETRE FRIDERICE ARPI (<sup>e</sup>), qui et *Cimbriae* olim et *Megapoleos* commune extitisti ornamentum, tibi de- nique, quem Deus T. O. M. diutissime in viuis eſſe ſinat, Summe DREY-

ERE

s) quod inuenies apud DE WESTPHAL Tom. I. p. 651 — 860. I. c. 4. §. 7. Tom. I. eiusd. operis p. 951. 57.

a) quas typis tradidit nobisque feruuit incomparabilis DE WESTPHAL Tom. III mon. ined. p. 1732. 599. d) in *Oblferuat. de orig. iur. Iurici*, ibid. Tom. III. pag. 2165. 599. et ad *Statuta antiqua nouullarum ciuitatum*,

b) in *Praefat. ad Tom. III. operis*, quod dixi, p. 48. 599. ibique in not. sub *litter. kk.* et sequentibus p. 1898.

c) in *Memorand. Veter. Holſat.* P. f) qui huius laudis praeco exſtat in omnibus

ERE (f), quem *Megapolis* patria genuit, suscepit *Holsatia*, iam colit ornatque a TE ipso condecorata felix *Lubecensium* respublica.

3) Sed quaenam? Omnes enim promiscue et indistincte admittendas non esse constat. Breuiter respondendum videtur: Omnes ad hoc ius admittuntur filiae feodi possessoris, masculam prolem feodi capacem et iure suo vti volentem, ne postumam quidem, relinquenter, primi gradus, legitime natae, sine discriminis aetatis, loci commemorationis etiam extra terras meclenburgicas, nuptae quoque, sed castitatem, propriam sexus sequioris virtutem, eamque non sine ignominia derelinquendam, sancte seruantes. Primum igitur, placet enim de non nullis horum, quae paucissimis verbis includere studuimus, pauca illustrationis gratia adiicere, de *illegitimis* dubitandum non est, quin excludenda sint ab hoc beneficio (a). Sed nec *legitimatas*, etiam per subsequens matrimonium *legitimatae* sunt, admittendas esse puto (b), non tantum quia secundum veriorem opinionem legitimatorum in feoda nulla est successio (c), verum quoque quia fictae il-

lius

omnibus fere libris, quibus et nominis famam per orbem celebravit litterarium et ipsam iurisprudentiam patriam condecorauit miroque lumine illustrauit, maxime vero in aureolo libello, quem *de genuino usu Iuris Anglo-Saxonici in explicantia iure Cimbrico et Saxonicō conscripsit*, et in elegantissima prolusione de veteris Germaniae litium protixarum nesciae indole et vestigiis quibusdam in *Holsatia* item in tribus Metematibus Observacionum iuris *Holsatici et Cimbrici*.

a) Vide diff. CASP. MATTH. MVEL-

LERI Resp. DE LAVTZOW de virgine nobili Mecklenburgica eiusque iure circa feudum Rost. 1707. Cap. 2. §. 6. nr. 19, et qui de hoc iure vsusfructus eleganter et docte exposuit, *Virum Excellentiss. IACOB. HENR. BALECKE*, iunctum mihi, quod pulcrum mihi duco, adfinitatis vinculo, *in der gruendlischen Abhandlung von dem Mecklenburgischen Erb-Jungfrauen-Rechte Rost. et Ligs. 1762. Cap. 2. §. 3. n.\* p. 21. §. 2.*

b) Consentit Excell. BALECKE l. c. p. 22. Dissentit MVELLER l. c. §. 8.

c) Vid. CASP. HENR. MOELLERI

ius fictionis retrotractuæ, quam barbare, vt decet, vocant Doctores, et tribuunt legitimatiōni per sequens matrimonium factae, nulla plane vis est et auctoritas, neque in iure Romano, neque in iure canonico, quin potius legitimatorum per rescriptum Principis eadem iura esse possint (*d*), et quod maximum est, ne ipsa legitimatio per subsequens matrimonium quidem secundum Germanorum institutum vllum ius succedendi tribuit (*e*). Contra vero nec *nuptias* huic iuri officere ex ipsis diplomatis HENRICI IX. et X. (*f*), in quibus semper *Frowen edder Iuncfrowen* iunguntur, satiſ conſtat, eaque in re vnamimter consentiunt ICti patrii, vt nec filiam nobili fanguine ortam, homini ciuici ordinis, modo non plane indigno, nubentem ab hoc iure excludant (*g*), quin ERNESTVS GOTHMANNVS (*h*), veram virginitatem et casilitatem ( quas confundere eum fatis adparet ) virgini nubenti nequaquam auferri, sed per matrimonium magis conseruari adeo contendit. Magis autem dubia et anceps videtur quaestio de iis, quas casilitatem pudicitiamque *admisso delicto carnis violasse* conſtat. Leges quidem

*prim. lineas Vſus pract. diffinſt. Feud.*

*cap. 15. diff. 2. p. 312 fqq. quem, quum multus sit in nominandis aliis, solum tantum nomine, eique iungo Gener. et pers ill. DE PUFENDORF Tom. I. Obs. 90.*

*d) Vid. PERILL, AYRER de legitimatione per rescriptum Principis plenissimum successionis effectum tribuente.*

*e) Elegansissime hoc et pererudit docuit in speciali huius quaestioni traſtatione celeberrimus DREYER in den Nebenſtunden loco secundo pag. 257 fqq. inserra, in cuius §. 1. quoque cum BOEHMERO, THOMASIO et HOHEISELIO, quos nominat in not. 7. p. 262, reiecit fictio nem illam retrotractuam, et re, et nomi-*

*ne monſtroſam.*

*f) apud MOELLERVM loco, quem di-  
xi in Adpend. nr. I. et II. p. 550 et 552.*

*g) TORNOV. de feud. Mecl. P. I. c.*

*2. Sect. 2. §. 27. pag. 214. MUELLER in diff. de matrimonio nobilis cum igno-  
bili c. 2. §. 15. ENGELBRECHT de*

*ſtugl. feudor. Mecklenb. iurib. Sect. 2.*

*§. 23. p. 69. D. AVVS in ſelect. iurid.*

*Roffloch. Fafc. 1. Sp. 8. qu. 4. p. 58. in*

*differt. de femina Mecklenburg. cap. 2. §.*

*10. pag. 25. et in differt. de marito filiae*

*nobil. vſu fruct. affert. 3. p. 6 et affert.*

*10. p. 14. Excell. BALECKEL. c. cap. 2.*

*§. 3. et 14.*

*h) Vol. 1. Res p. 50. nr. 149.*

quidem nostrae scriptae has ab hoc beneficio plane arcent (i). Sed si de vsu huius constitutionis hodierno quaeris, ambigendum tibi erit, si auctoritatibus duci te pateris. Nam olim quidem ICtos patrios indulgentiores et mitiores fuisse constat, quam pro stuprata responderunt a. 1580 (k). Postea et recentissimis temporibus hanc quaestionem obiter et incidenter tangentes ambigu fuere, et pro temporum diuersitate eam in quavis specie obueniente decidendam esse statuerunt, generaliter autem eam nec adfirmare nec negare ausi sunt (l). Sed *Excellentiss. BALECKE* in mitiorem partem inclinare et stupratas admittere videtur (m). Contra vero pro le-

gis

i) *Vid. ordinat. polit. et prouinc. de pag. 35.*

a. 1572. *Tit. von Todtschlag, Ehebruch, unehlicher Beywohnung etc. (IV.) §. Und sollen, verbis: Aber die beschlafe-ne Weibsperson soll ihres Erbtails (ad hanc pertinet etiam vslusfructus in feodum paternum) verlustig seyn, und der-megen keine Ansoerderung zu ihren Eltern oder Freunden haben, auch des Landes verweiset werden. Haertet sie aber albe-reit eigene Gueter, beweglich, oder unbeweglich, erlange, die soll sie Uns verbuehrt haben, und gleichergestalt Unser Lande in Ewigkeit verweiset sein.*

k) *Ipsum Responsum dedit AVVS in Select. iurid. Rostoch. Fas. I. Spec. 8. Qu. 4.*

l) *In Responso de a. 1760. d. 8 Ian. ad quod provocat AVVS in differt. de marito fil. nob. vslusfr. Meclenb. adfert. IO. pag. 16. et quod exhibit Exc. BALECKE I. c. c. 2. §. 14. p. 33. s. ibique in fine*

m) *Licet enim is l. c. §. 3. u. \*\* p.*

23. *se adsentire dicatis, quae in Responso in not. praeced. nominato prolata sunt, quod tamen hanc rem in medio relinque-re diximus, et postea cap. 6. §. 6. pag. 78. scribat: Wuerde auch eine Erbung-fier in ein liederliches Leben verfallen, so leidet es nach Maassgabe der Meckl. Policey-Ordn. keinen Streit, daß Sie da-durch ihres Erb-Jungfrauen-Rechts ver-lustig gehen koenne, vbi remittit ad locum superiorem, quem indicauimus, tamen adaparet qua prius, auctorem ex semet ipso esse explicandum. Ipse vero l. c. p.*  
*23. diserte contendit, Responso illo nega-ri vslus huius dispositionis, ideoque quid sentiar dubium non est, quum eidem se adsentire statim subiungat. Quod ad po-sterius autem momentum adtinet, facile perspicitur Virum Excell. loqui de persona turpiter i. e. more meretricio viuente.*

gis scriptae severitate certant TORNOVIVS (<sup>n</sup>) et D. AVVS (<sup>o</sup>). Ego vero, si licet in tantorum virorum dissidio, quid ego sentiam sine piaculo dicere, etiam si duram hanc legis dispositionem putarem, qualem eam existimasse TORNOVIVS videtur, tamen cum hoc, et quem nominat, BRVN-NEMANNO (<sup>p</sup>), ad VLPIANI effatum notissimum (<sup>q</sup>): *quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est*, confugerem, et qui legis vsum negant, ut probent, quod contendunt, sublatam eam esse, obstrictos censerem. Primum enim caendum esse omnino existimo cum S. V. et *illustri CAROLO FERDINANDO HOMMELIO* (<sup>r</sup>), Musarum Lipsiensium, ipsiusque adeo iurisprudentiae decore et ornamento, ne, dum aequitatis obtentu contra iuris scripti auctoritatem quid iustum iniustumne esse adserimus, ipsi iniquitati summae latas fores pandamus. Dein vero, vt fieri solet in quaestionibus, quae de aequitate mouentur, quum non idem sit omnium hominum aequitatis sensus, hanc legem adeo duram non censeo, quin potius eandem, et vetustissima caslitatis veterum Germanorum laude (<sup>s</sup>) dignam, et recentiorum constitutionum similium aliarum terrarum tenori apprime congruam (<sup>t</sup>), priuato ausu ob solum aequitatis sensum,

qui

<sup>n</sup>) Loco, quem diximus, §. 26. p. 212. sqq.

<sup>o</sup>) In *diff. de femina Mecklenburg. c.*

<sup>p</sup>, §. 10. pag. 25.

<sup>q</sup>) *exercitari iustinian. I5. in fine.*

<sup>q</sup>) in *L. 12. §. 1. D. Qui et a quib. manumissi liberi non fiunt.*

<sup>r</sup>) qui pro summo iure contra aequitatis defensores eleganter, ut solet, et perdocte disputauit respondentie KVE-STERO *Lipf. 1757.*

<sup>s</sup>) Vid. TACIT *de M. G. c. 19.* et eximium eius commentatorem, venerandum senem, quem Deus amer, GEORG.

CHRISTI. GEBÄVERVM in vestigiis iuriis germ. antiquiss. differt. 7. (prodicit olim 1741. de date veterum germ. PRO-  
IUS.) pag. 220. vbi ad firmandam hanc laudem etiam posteriorum temporum, addidit SALVIANI MASSILIENSIS testimonia de Gotis, Wandalis, et Saxonicis. His iunge *Consule. QVISTORPII Abhandlung von der Serenge der alten deutschen Gesetze in Bestrafung fleischlicher Verbrechen. Rost. 1767.*

<sup>t</sup>) in *Marchia Brandenburgi* idem obtinente ex BRUNNEMANNI loco,

quem

qui vereor, ne reclusus intempestiuia misericordia vocetur, non corrigandam esse duco. Nam licet humanitatis sensum non adeo exuerim, ut ne miserarer me huiuscenodi puellae, humani quid passae, in primis eiusmodi, qualiter describit SCHOEPFERVS apud TORNIVM, ipsiusque poenae a lege eidem dictae, tamen a me impetrare non possum, vt eo usque iudicis, quem nec mitiorem decet, nec severiorem legibus esse, officio obliuiscar, vt ipsam legem abolendam, et, vbi haec aperte condemnat, absoluendum esse putem. Porro qui negant huius legis usum hodiernum, tamque consuetudine abrogatam dicunt, eos nihil iuuabit, ad alia huius Legis prouincialis capita itidem usu abrogata, quin ne quidem ad ipsam poenam publicam delictis carnis ibi scriptam, nec magis hodie usu seruatam, prouocare. Nam quae usus recepit in alio capite, ea ad alia trahi non debent, nec quae in poena criminali in primis ultimi supplicii, aut alia grauiori temperanda

pro

quem laudauimus supra sub lit. p obseruat TORN. quem nominauimus supra lit. n. et firmat MATTH. DE SCHYLENBURG, qui in diff. de priuileg. et praerogatiu. nobilium mediator, in Germ. cap. I. §. 13. pag. 39. diserte adserit in Refolut. Grauam. de. a. 1593. apud LVENIG Tom. I. pag. 1577. exprefse cautum esse, vt corrupta, nec Schmuck, nec Ebegeld, nec Erbe postulare possit. Idem quoque notat ex Receffu Gandersheimensi de ao. 1601. §. 30. apud LVEN. Tom. II. p. 147. in Ducatu Guelpbyano stupratae tantum quartam partem dotis praeberti. Quod de Clivensi more, filias equestris ordinis sine consensu parentum nubentes a successione excludendi dicit TORN. id multis

variarum prouinciarum exemplis illustrari potest ex iis, quae adduxit Perilustfr. GEO. LVD. BOEHMERVS, Goettingenium Musarum decus, Praeceptor honoris cauſa nominandus, in diff. de necessario parentum consensu in nuptiis liberorum c. 4. §. 87. not. z. et GRIEBNERVS in diff. de exhereditatione libror. sine consensu parentum nuprias contrabent. §. 8. Ius Brunsvicense Lunenburgicum parentibus potestatem concedens, liberos absque eorum consensu ad nuprias prouolantes excludendi a dimidia parte legitimae peculiariter illustrat DE WITZENDORFF diff. inaug. de exheredit. libror. sine consi par. nupt. contrah Goett. 1757. Conf. quae infra-diximus sub lit. aa.

## XIII

pro huius saeculi mitiori, nec plane improbanda, misericordia, contra nimiam antiquissimorum temporum seueritatem procedunt, adeo extendi debent, ut et beneficia iuris singularia his, quibus leges ea denegant, inuita Themide quasi obtrudamus. Tum nec inde praesidium huic in stupratam aut adulterio corruptam indulgentiae quaerendum esse sentio, quod stupratam dicant, et recte, a meretrice et profibulo esse discernendam (v), quam verba legis patriae satis clare indigitent, non scortum et meretricem tantum, verum quamcunque stupratam et corruptam hoc beneficio priuandam esse (x). Denique et hoc pro mea sententia militat, quod haec dispositio ad ipsius equestris ordinis preces emanauerit (y), posteaque repetita et nouo quasi robore firmata sit (z), huiusque non tantum obseruandam ei-

dem

v) de qua re eleganter ill. OELRICHS  
in responsione ad aliquot quaestiones perplexas coniugales.

x) Vide verba supra sub litt. i. excerpta, et praecedentia, ad quae illa se referunt: Wuerde aber ein Ehemann, oder lediger von Adel eine ledige Jungfrau, oder Wittwe vom Adel, die ihm nicht zuvor eblich verlobt waere, schwaechen, so soll derselbige Theter sein Leben und Gut verwircket haben, von Schild und Helm abgetheilt seyn, und Unserer Laude in Ewigkeit verweiset werden.

y) Docent hoc ipsa verba Ordinationis l. c. §. Damit nun hierin etc. verbis: als haben wir auf vorgehendes unternthaenigs bitten und gutachten Unserer Ehrbaren Ritterschaft etc. Vid. KLVVER BEscr., des Herzogth. Meckl. P. I. c. 20. §. 14. pag. 13.

z) in Reuerſal, de a. 1621. art. 43. pag. 40.

vbi notanter haec disponuntur: Was die Bestrafung der unzert denen von Adel laenger mehr zu- und ueberhand nehmenden Unzucht fuers 43ste anreicht, ist derungen in Unser publicirten Policy Ordnung Tit. vom Todtschlag, Ehebruch. §. Wuerde auch cum duob. sqq. albereit Verordnung geskeben. Darauf wir auf gebuehrliches Anhalten die Execution, ohne Ansehen der Personen, unweigerlich ergehen zu lassen, oder auch nach Bestrafung des delicti und der beschuldigten Personen Qualitaet, und Beschaffenheit, außerhalb denen Faellen, so Leib- und Lebens-Straf auf sich tragen, den Verwandten die Vermauerung personae delinquentis zu verstatten, in Gnaden erbetig. De hac poena der Vermauerung i. c. perpetuae incarcerationis vid. AVI Ius criminale Meclenb. Sect. 3. §. 6.

dem pristinam castitatis laudem (aa), verum quoque ob ipsam possessionem feodi, qua priuantur agnati, quoque filia usufructuaria illud possidet (bb), quam maxime intersit, seruari legem, quam ipsi sibi expetierunt,

aa) Huius laudis mentionem facit DE BEER Lib. VIII, Rer. Mecr. c. 16. pag. 1692, sq. quod ad sexum sequiorem, quem propter severos patriae mores et antiquae virtutis studium maiore, ac in villa fere alia prouincia vicina, pudicitiam tueri cura, adserit. Ipsam poenam minus recte descripsit, putans, quae eam patitur, quatuor muris includi et indui, in quibus fame enescetur. Aperire contra verba legis, quae hanc poenam permittit in delictis tantum ultimo supplicio non puniendis, quum tamen atrocius supplicium illo, quod sibi finxit DE BEER, cogitari vix possit. Caeterum ipsa Ordinat. polit. et prou. l.c. §, Nachdem wir auch befinden etc. hanc nobilis bus in primis seruandam auitam virtutis gloriam, caussam harum dispositionium adducit. Denique non possum, quin ad Anglorum et Werinorum Legem Tit. IO. §. 2. prouocem, ubi: si libera semina sine voluntate patris cuilibet nupserit: perdat omnem substantiam, quam habuit et habere debuit. apud GEOR. EISCH. p. 450. vt adpareat et poenam hanc visitatam fuisse ab antiquissimis in de temporibus maioribus nostris, et in primis huic delictorum generi statutam,

Neque silentio praeterire possum, quae in Codice antiquissimi iuri Vandalico-Rugiani dat olde Wendische Rugianische Landrecht disto, quem euulgauit S. V. et perill, DREYERVS in Monumenis anecdotis Tom. I. nr. III. p. 229. sqq. eiusque cap. 150. in fine l. c. p. 409. inuenio excerptu dignissima: Wo ock Oldinges einer vom Adell eine Iunckfruwe abne Vorwetende vnd Willen der Oelderen edder Vormuender freyde, he muste se selvest schmuecken, vnd mit Ehegetde so veble se sonsten bedde bekamen verforgen und wedder kebren. De Oldenhelden idt also. Wo einer vom Adell (vorgetens adelichen Eberen und Gelimpes) eine Iunckfruwe vom Adell vneherede, klagede se nicht, quam idt vtb, 'men sackede se beyde in einen wilden Strohm, quam he darvan, de uneherende Personen Fruende nebmen alle Babrfshop, weff baven Schuldr, de Landes-Fuersten dar Lebn,' adde cap. 124. ibid. p. 378.

bb) Utrum vero tum demum agnatis proximis profit filiae usufructuariae corruptae ab hoc iure exclusio, si corruppta iam fuerit moriente patre, an tum quoque, si tempore mortis patris illae-  
sa famae fuerit, et postea demum usum-  
fructum

## XVI

runt (cc). Reliqua, quae de postumo filias ab usufructu excludente, et neptibus ultimi feodi possessoris ad hoc ius usufructus non admittendis, disputare in animo erat, ne longior sim, omitto et lecturos ad Excell. BAL-  
KII libellum, quem dixi (dd), remitto, id tantum addens, quaestione de  
neptibus ex filio quoque non admittendis altioris posse indaginis videri, ul-  
teriorique disquisitione non indignam, quum praeter ICtos patios, quos no-  
minata se dissentientes, nuper quoque communem opinionem sequuntur sint  
Perillustris et summi nominis Vir, GEORGIVS LUDOVICVS BOEHMERVS (ee)  
et consultissimus MICHAEL EBERHARD PREHN (ff).

4) Generali vasallorum voce usus, indigitare studui, non nobilium tantum, verum etiam ciuici ordinis feodorum possessorum filiabus hoc ius omnino concedendum esse. Sicut enim de iure Germanico in genere omnes ingenuos, burgenses quoque, quos medii aevi barbaries vocauit, quin rusticos adeo feodorum esse capaces demonstrauit Gener. et illuſtr. DE SEL-

CHOW

fructum amiserit ob stuprum commissum? quae potest. Et puto omnino posterius adfirmandum, uic Domino directo tribuendum esse ius usufructus durante vita stupratae, quo haec in poenam priuatur. Siue enim poenam priuationis feodi in masculo statutam obtinere neges, siue adfimes, de qua re conferri potest sIBRAND in II decadib. iurium singular. Meclenb. exemplo 19, tamen haec ipsa specie feoda non ad Dominum, sed ad proximum agnatum deuoluuntur. Tum quum stuprata priuatur iure succedendi ex ipsis verbis; und derwegen keine Anforderung zu ihren Eltern oder Freunden haben, satis adparet, id quod supra-

tac in poenam detrahitur, reliquis, qui ius succedendi habent, ad crescere debere.

cc) Ita similiter ipse Ordo Equestris in notis ad Periculum Cobmannianum. Tit. 7. art. 19. apud TORNOV. pag. 86. vrget, ne extendatur hoc ius singulare in detrimentum familiae et agnatorum.

dd) cap. 2. §. 3. not. \*\*\* in fine p.  
23. §. 4. 5. 7. 8.

ee) in Princip. iur. feud. §. 335.

ff) in diff. inaug. de filia agnati, ante virginem usufructuariani defuncti, iuris usufructus secundum reuersales ex parte.

CHOW (a), quare et ius *Lubecense* ciuibus suis dat ius adquirendi feoda (b), idemque variis ciuitatibus specialibus diplomatibus indulatum est (c), licet in non nullis terris et prouinciis contrarium singulari iure obtineat (d), ita in patria nostra dubitari nequit, quin et alii, quam nobilitate gentilitia fulgentes, ad feodorum possessionem admittantur. Id quod praeter ea, quae late hac de re disputauit TORNOVIVS (e), ex eo quoque adparere mihi videtur, quod in *Transalt. prouinciali* per integrum articulum XXIII, qui de re feodali praecipit, non nobilium tantum, sed in genere vasallorum mentio fiat, sub adpellationibus der Besitzer der Lehne (§. 441.) *Lehnmaenner* (§. 442.) *Vasallen* (§. 452. 455. 466. 468. 470.) sicuti quoque in §. 419. diserte iunguntur die von der Ritterschaft und Landbeguerete eodem exemplo, quo ipse ordo equestris vtramque denominationem coniunxit (f), qui ipse saepissime quoque sola generali voce *Landbeguerete* vsus est (g). Quid, quod ipsum nomen die Ritterschaft omnes complecti praediorum possessores dudum obseruatum est (h). Recte quoque cum TORNOVIO (i) iudicauit MOELLERVS (k) ad hanc rem facere

verba

a) in eximio libello de iuribus ex statu ingenuorum in Germania pendentibus cap. 2. §. 31. 32. 33. pag. 95. sqq.

b) Vid. Ius Lub. Lib. II. Tit. III. art. 2. ibique MEV. nr. 70.

c) de quibus legi merentur, quae doce scripsit Excell. RICCIUS in spicilio iuris germanici ad ENGAVIVM ad §. 106. pag. 191. sq. et p. 208. Adde Gén. et ill. DE SELCHOW in elem. iur. germ. §. 263. u. 5.

d) Vid. DE SELCHOW. loco, quem dixi nr. 4.

e) Part. I. c. 2. S. 2. §. 24. p. 205. sqq.

f) in Additament. ad Grau. Claff. 6. grau. 9. vbi ab initio: die Ritterschaft und Beguerete, et in fine dem Adel und Landbeguereten.

g) v. c. in grau. polit. 15 item in additam. Claff. 4. Grav. I. et Claff. 5. grav. 7.

h) Vid. KLEVEVER I. c. P. 1. c. 20. §. 16. p. 143. sq.

i) loco, quem dixi sub lit. e, pag. 207.

k) in prim. lin. usus præst. distinct. feudal. c. I. dist. 9. pag. 24. et c. 6. dist. 6. in fine p. 201. ipse tamen olim hac in re aliter sensisse videtur. Vid. Specimen

## XVIII

verba Resolut. Ducal. ad Grau. polit. 3. quae absque omni mutatione  
translata sunt in §. 443. Transactionis provincialis, ideoque ita intelligenda,  
vti ipse Serenissimus princeps, qui iisdem usus est, ea interpretatus  
est contra desideria ordinis equestris, qui ea ad nobiles gente tales restringi  
voluit. (1). Denique omnem, si qua esse potest, dubitationem tollit §.  
457. eiusdem legis fundamentalis, qui creditoribus concurrentibus inuesti-  
turam feodi, quod possiderent, petendi necessitatem imposuit, nisi id Sere-  
nissimi Domini directi dispositioni committere mallent. Quare ambigen-  
dum non videtur, quin filiabus vasallorum ciuici quoque ordinis ius usu-  
fructuarium denegandum non sit. Qua quidem in re ita inter se conser-  
tiant ICti patrii (m), vt, quantum sciam, praeter CASP. MATTH. MVELLE-

RVM

etiam r. commentationis succinctae de  
usu pract. dist. feud. quod edidit 1740.  
Cap. 1. dist. 9. not. f. pag. 34.

1) in comitiis scilicet Malchinen-  
bus a. 1702. Vide ea, quae de hac re  
refert Consult. PREHN in dist. inaug.  
de filia agnati ante virginem usu-  
fructuar. defuncti iuris usufructus se-  
cundum reuersales experie. §. 8. pag. 18.

m) Praeter TORNOVIVM enim,  
quem nominau sub lit. e, Excell. BALE-  
CKE l. c. Cap. 2. §. 113. p. 32. sq. et,  
quem ibi nominat, historiographum pa-  
trium diligentissimum NAVY FRAN-  
EKIYIM im Alter und Neuen Meck-  
lenb. Lib. VII. C. 8. pag. 75. atque  
NAVY meum in partes meas vocare pos-  
sum. Licer enim EXC. BALCKEVS hunc  
subdubitanter nominet in differt. de filia  
nobili usufructuaria Mecklenburg, (repe-

titac praelect. de a. 1738) posit. XI, ta-  
men non tantum ex ipsis verbis, quibus  
usus est, et ex sola TORNOVII nomi-  
natione ibi facta, verum quoque ex eius-  
dem differt. de marito filiae nobilis usu-  
fructuariae hisque, quae ibi adsertioni  
4. pag. 7. subiunxit, (quibus addi me-  
rentur, quae ibid post adserit. 10. p.  
14. sq. scripsit,) certissime mihi de ipsis  
consensu constat. Neque ex eo, quod  
Perill. ERNEST. AVG. RVDLOFF in  
disquisitione de natalibus commentitatis  
iuris usufructuarii filiarum nobilium in  
Megapoli §. 2. denominatione : Erb-  
fraculeins-Gerechtigkeit usus est, eius  
hac in re dissensum colligi posse puro.  
Quum enim non nouum hoc et a se, quasi  
rectius meliusque nomen inuentum di-  
cit, sed hoc ius ita nuncupari soleat ad-  
serit, nec vnde hoc nomine, verum quo-  
que

RVM (n) dissentientem non habeam. Neque obstat puto, quod in diplome HENRICI IX. de a. 1434. (o) filiarum nobilium tantum mentio fiat (p). Primum enim hoc diploma se referat ad consuetudinem in terris Meclenburgicis obtinentem, ideoque ex iisdem interpretandum est. Dein licet adferere non ausim, tum temporis solos nobiles feoda possedit in patria, tamen quam certe maxima pars vasallorum procul dubio tum quoque, perinde ut nunc, ex equestri ordine erat, quin pauciores tum, quam hodie, ciuii ordinis iis immixti erant, mirandum non est, a potiori parte, ut fieri solet, denominationem esse desuntam. Ita enim et hodie

sub

que generaliori: *Erbtochter-Recht* vslus est §. 15. pag. 14, non magis ex eo solo nomine ab ipso adhibito cogi poterit, eum filiabus vasallorum ciuii ordinis hoc ius denegare, quam ex eo, quod TORNOVIVS, ut et AVVS meus filias hoc iure ornatas nobiles latino sermone nominare soleant, eos solas nobiles admittere voluisse confici potest. Alias enim dicendum quoque esset, qui voce *Erbungfern-Recht* vtitur, illum hoc ius denegare filiabus nuptis.

n) Hunc enim dissentire cum FRANCIO ET PREHNIO omnino puto, nec admittendam TORNOVII conciliationem I. c. p. 206. tentatam ex iis, quae MVELLERS in saepius nominata disert. C. I. §. 10. nr. 50. de virtutis nobilitate praeferenda scripsit. Non tantum enim Cap. 2. §. 5. nr. 18. solos nobiles (quibus absolute ita adpellatis virtute nobiles intelligi non possunt) in Ducatu nostro feodi capaces dicit, verum quoque

Cap. 1. §. 10. nr. 54. per nobilem in rubrica se intelligere scribit, virtute et genere nobilem, i. e. ut ego intelligo, generis nobilitatem morum prauitate non dehonestantem, et Cap. 2. §. 6. nr. 19. spuriis vel ideo denegat ius usufructuarium, quia nobiles non sint, quod de virtutis nobilitate intelligi nequit.

o) apud MOELLER in prim. lin. vs. pr. diff. feud. pag. 550. sq.

p) Verba enim: *Icht jennigh gutt Mann*, item alle *Guderhante Frgwen und Iuncfrowen* nobilitatem denotare dubitate nequit, nisi qui vim vocum gutt Mann in antiquis diplomaticis saepissime obuiarum plane ignorat; Vid. S. V. et per ill. PREYER in der Abhandl. von den Wirkungen der Genossenschaft §. 4. n. I. \*. in der Samlung vermischter Abhandlungen Parte 3. pag. 1244. sq. Add. DE BEEHR. L. 1. Rer. Mecklenb. Cap. 5. pag. 129. et 131.

sub denominatione nobilium, et equestris ordinis, des *Adels*, der *Ritterschaft*, omnes, cuiuscunque ordinis sint, feodorum possessores intelligere solemus, tam in quaestioneibus iuris publici, quam iuris feodalii. Denique notari meretur in art. XXVII. *Reuersalium* de a. 1621. nobilium sed semper generaliorem vasallorum denominationem plane non, occurere.

5) Quare, si adsunt quidem filii ultimi feodi possessoris, sed successionis feodalis incapaces, quaeritur vtrum filia, si qua est, admitti ad vsum fructum possit? Et videtur omnino admittenda. Qua quidem in re scio, nec dissimulo, dissentientem me habere *Excellentissimum IACOBVM HENRICVM BALECKE* (a), Virum mea laude longe maiorem, sed quum scio quoque, illum contra sentire, non quia ita sentire lubet, sed quia ita sentiendum esse existimat, singularis, quae est doctissimi Viri humanitas non tantum spem mihi facit, sed plane certum me reddit, fore, ut dissensum meum qualemque modeste expositum et ex solo veri amore natum, etiam si forte errori subnixum, aequo beniuoloque animo excipiat. Rationem autem, ob quam filiam, si mascula proles adeat, etiam si feodi incapax, admittendam esse negat Vir clarissimus, in eo ponit, quod verba *HENRICI IX* in diplomate, cuius saepius mentionem fecimus:

*Icht jennich gut Mann, van den Unsen, verstoerve suender Erffnam, nemelcken Mann-Geschlechte, und nyne Eruen anders nalythe, men allene Frowen edder Iunsfrowen.*

omnino supponant defectum omnis prolis masculinae, a quibus recedi eo minus possit, quo magis confllet, extendendum non esse hoc ius singulare filiarum usufructiarum. Ego vero contra puto, pace doctissimi Viri, primum his verbis, quae proposuimus, de sobole masculina feodi capace tantum sermonem esse. Verba enim suender *Erffnam, nemelcken Mann-Geschlechte* interpretor: *sine filio herede, feodali scilicet, vt patet ex matre subiecta, quum de feodo sermo sit.* Quare si *filius* quidem adeat,

sed

a) in libello, quem quoties nominio, toties laudo Cap. 2. §. 2. p. 28. seq.

sed qui *heres* feodi existere nequit, quod ad successionem in feodium perinde erit, ac si plane non adesset. Neque vero, quod secundo loco moneo, obstant sequentia verba: *und nyne Eruen anders nalythe, men allene Frowen edder Iuncfrowen*, quium haec secundum verba proxime praecedentia iisque conuenienter intelligi debent facileque possunt, dummodo cogitemus, rarissime fieri, vt filius, si quis adsit, sit feodi incapax, neque hic ad id, quod rarissime fit, sed, vti alias receptum est, ad id, quod plerumque fieri solet, respexisse Principem, qui, quod in primis notari velim, credi non potest, haec postrema verba restringendi animo, sed vltioris explicationis et declarationis caussa adiecisse. Porro quum hoc diplomate ius vſu-fructuarium filiarum feodi possessorum non quasi nouum et inauditum constituitur, sed quod in terris Mecklenburgicis, vti ibi vocantur, id est, Suerinenibus et Gueſtrowiensibus tum iam obtinuisse expreſſe ibi dicitur, id deum ad Stargardienses terras quoque extenditur, omnino quoque id ipsum diploma interpretationem capere debet ex iure in Suerinenibus et Gueſtrowiensibus terris obtainente. Huius iuris explicationem authenticam autem habemus in *Reuersal. de a. 1621. art. XXVII*, in cuius fine haec occurunt: *Endlich wollen Wir, da einer Unser Lehenleute, der nicht in Unserm Fuerstenthumen und Landen haeußlich gesessen, ohne maennliche Leibes- Lehns- Erben Todes verfahren etc.* quae expreſſe supponunt tantum, deficere *filium succcessorem feodalem*. Neque aucupanda puto verba statim inſequentia, *und allein Tochter hinter ihn verlassen sollte*, quae certe hoc animo adiecta non esse, vt indicetur filios si qui adſint, etiamſi feodi incapaces, excludere debere filias ab vſufructu feodi, fatis adparet, quium filiarum hic intentio fieri debebat, quippe de quarum iure sermo erat, vocula: *allein* vero non tantum ex eo, quod plerumque fit, explicari, fed et ita intelligi potest, et si quid video, omnino debet, vt materiae subſtratae adcommodeſetur, hac ratione: Si quis vasallorum nostrorum extra terras nostras domicilium habens absque prole mascula feodi capace dece-

dat, filias tamen relinquat, (quippe de quarum iure intuitu feodi possessio-  
nis tum vnicē tantum quaeri potest, quum reliqua, si qua adest, solum scula ma-  
scula feodi incapax ad eius possessionem admitti non possit,) has filias quo-  
que, perinde ac si pater perpetuum in terris nostris domicilium habuisset,  
ad huius iuris et priuilegii beneficium admitti volumus. Tum rationi iuri-  
ris, quam analogiam nostri vocant, consentire magis videtur, filias ultimi  
feodi possessoris hoc iure uti, etiamsi fratrem feodi incapacem habent,  
quum hoc constituto id effici debeat, ut filia ultimi feodi possessoris, si eue-  
niat, vt patre mortuo, aut ad agnatos, aut ad Dominum directum feodium de-  
nuoluatur, usumfructum tamen feodi retineat. Quare intelligitur, patre  
mortuo, descendantium quidem masculorum feodi capacium maximum  
praecipuumque ius esse intuitu *omnis iuris*, quod defunctus in feodium ha-  
buit, huiuscemodi generis descendantibus vero deficientibus, intuitu *ususfru-  
ctus* feodi potius ius esse filiarum ultimi possessoris, tam prae agnatis, quam  
prae Domino directo, ut tamen his particula *proprietatis*, quae dominio  
utili inest, nec ad filiam transit, salua maneat. Quibus ita explicatis pro-  
beque intellectis, adparet, ne nos quidem, qui filiam, etiamsi frater sed feo-  
di incapax adest, ad usumfructum feodi admittimus, interpretatione uti  
extensiua. Extendendo enim interpretari is demum dici potest, qui quum  
mens loquentis, quam explicat, secundum verborum compagm dubia et  
incerta est, ob probabilem coniecturam ultra verba eorumque consuetam  
significationem progreditur, orationique sensum tribuit, qui verbis quidem  
per se non inest, inesse tamen probabiliter credi debet ob alias caussas, men-  
tem scribentis loquentisue verbis, quibus usus est, latiorem indicantes. Ego  
vero contra ostendisse tantum et commonistrasse puto ex ipsis verbis, ipsa-  
que orationis compage, quis sensus sit Principis. Sed si quis aut nimis sub-  
tiliter haec disputata, aut plane falsa adeo iudicaret, meamque interpreta-  
tionem omnino extensiua dici debere contendere, darem hoc, ne vbi  
de re pugnandum est, vt saepe fit, de verbis oriatur controversia, quam  
luben,

lubentissime. Sed tum, quam effrerunt doctores, regulam de iuribus singularibus interpretatione non extendendis ita intelligendam esse puto, vt vetet ea tantum atque prohibeat eiusmodi interpretationem, quam ipsam legislatoris mentem excedere aut certo adpareat, aut certe verendum est, eam vero omnino admittat, quae, licet vel vnius voculae strictissima significazione non contineatur, tamen nec toti orationi, nec substratae materiae repugnat, sed utriusque potius apprime congruit, ideoque ipsam legislatoris mentem manifesto adparentem tantum exprimit. Denique, vt hoc adiiciam, dum hac via incedo, omnem me reprehensionem ipsius Excellentissimi Viri, contra quem, quid verum esse putem, libere expono, certissime aufugere sentio, quum comitem me eum in eadem habere in non nullis quaestionebus ad hanc rem spectantibus videam, in aliis certissime coniiciam. Video autem Eum eadem ratione philosophantem, dum postulum praeferriri vult filiae (*b*), et contra, dum filiam admittit ad usum fructum existente quidem fratre eius, sed iuri suo renunciante (*c*), quae species in primis ei, de qua contendimus, plane similis, et si quis dubitare vellet, maiori dubitatione digna videtur, denique, vt alia taceam, dum filias etiam, quae genere nobiles non sunt, admittit (*d*), de quibus omnibus secus sentire debebat Vir clarissimus, si vnicore voculae cuiusdam cortici inherendum esse existimat. Sed nec dubito, vt alterum illud quoque adiiciam, in quo Eum eadem mecum via incedere me coniicere dixi, quin filiam ultimi feodi professoris legitime natam admittat, licet filii eiusdem, sed spurii, adsint. At quare? Ideo sane, quia hi sunt successionis in feodum incapaces. Quare ergo, quaequo, quod in altero incapacium genere admittimus, in altero, furiosorum scilicet et mente captorum, de quibus solis cogitasse videtur Vir doctissimus, negemus, maxime quum prioris generis incapacium exempla, quod praefiscine dixerim, sunt, ni fallor, frequenter.

*b)* Ibidem C. 2. §. 7. p. 27. *sq.*

*c)* eodem loco §. II. p. 29. *sq.*

*d)* itidem ibi §. 13. p. 32. *sq.*

## XXIII

tiora, quam posterioris. Sed sufficiat, haec, quod iterum sancte testor, solius veri amore disputasse de hac quaestione, quam ipse Vir Consultissimus, a quo amice modesteque dissentio, difficultatibus implicitam, ideoque vltiori discussione non indignam iudicauit.

6) Adieci haec, vt adpareat, existente filio feodi quidem capace, sed iuri suo in fauorem sororis renunciante, omnino quoque hanc admittendam esse ad vsumfructum feodi paterni (a).

7) Fieri enim omnino potest, vt, qui feodium refutauit in fauorem filii, hoc mortuo, neptem, ideoque vltimi possessoris feodi filiam, ab vsumfructus iure excludat, quum ambigendum non sit, quin feodium ad ipsum reuertatur, quod docent quoque MOELLER (a) et excell. BALECKE (b), cui quidem calculum in ea quoque quaestione adiicio, quam ibi contra d. AVVM et ICtos patrios ab hoc nominatos (c) adfirmauit, scilicet, refutante feodium auo et dececente eius filio, filiam relinquente, eaque feodium ex beneplacito et concessione aui iure vsumfructus retinente, sed mox moriente, ideoque feodo ad atum reuertente, hoc deinceps diem obiente et filiam relinquente, hanc omnino ad vsumfructum admittendam esse. Ad quam sententiam firmandam praeter ea, quae dixit Vir Consultiss. aliud adiicere liceat, non leue, si quid video, argumentum. Nam neque in agnatorum neque in Domini direcli fraudem hac ratione quid committitur, quum, si auis feodium non refutasset, sed per omne vitae tempus retinisset, neuter eorum filiam eius ab vsumfructu arcere poterat, ex ipsa refutatione eius autem, aliis, quam iis, in quorum fauorem ea facta est, emolumenti quid cum damno tertii tribuere, omni iuris ratione repugnaret.

Quare

a) Vid. p. AVI differt. de filia nob. vsumfr. posit. 41. ibique laudatum Reponsorum ICtorum patriorum, de a. 1604. et Excell. BALECKE I. c. S. II.

p. 29.

a) in prim. lin. vsumfr. pos. dist. feud. c. 16. dist. I. p. 338.

b) vbi antea §. 12. p. 31. f.

c) vbi mox. pos. 42.

Quare quod tum casu ita ferente accidit, vt plures feminæ feodum quodam vſusfructus iure possideant, antequam illud interea ad agnatos transferatur, dubitationis cauſam p̄aeberere nequit, quum ſemper, quae vtitur fruitur, ſit ultimi feodi poffefforis filia.

8.) Ita recte describi et finiri hoc ius ſingulare in feodis Meclenburgicis obtinens, adparēt ex ipſis eius fontibus et ſubſidiis (a), vt et iis, quae ad defendendam hanc finitionem noſtrām vberius diſputauimus (b).

9.) Eſt haec denominatio in patria fere vſitatissima, ipſorumque Legiſlatorum auſtoritate firmata (a).

10.) Ita quoque nuncupari folere ius, de quo loquimur, auſtor nobis eſt *Vir Perilluſtr. ERNEST. AVGVST. RVDLOFF* (a) Serenifſimo Duci a Confiliis in Regimine.

11.) Ambae priores denomi nationes ſunt frequentiſſime obuiæ, posteriorem generaliorem, ideoque meliorem, quippe quae et gente non nobiles, et nuptas ſub ſe comprehendit, inuenire licet in documento quodam. (a)

12.)

(a) Vid. *Reuerſ. de a. 1621, art. 27.* *de natalibus commentitiis iuris vſiſtru-*  
*et diplomata, quae ſaepius diximus,* *Etuarii filiar. nobilium in Megapoli §.*  
*vtriusque HENRICI IX et X, de a.* *2. Confer. ſupta not. ad n. 4. ſub lit. m.*  
*1434. et 1471. apud MOELLER. p.* *pag. 18.*

550. ſqq.

ad n. II.

b) Conf. *Exc. BALEKE, c. 2. §.* *ill. RUDLOFFII diſquizaſionem pag.*  
*2. et ſqq.* *30. quod idem documentum etiam, ceu.*

*Adpendicem ad LAMB. SCHLAGGERT*  
*Chronicon Ribnizense exhibuit D. DR.*  
*WESTPHAL Tom. IV, mon. ined. pag.*  
*887. ſq.*

ad n. 9.

a) Vid. *Reuerſal*, quas modo nomi-  
 nauī.

ad n. 10.

a) in diſquizaſ. historicō diplomatica

D

12) Notissima et satis decentata est fabula de ALBERTI II, quem alii III vocant, Megapolitanorum Ducus et Regis Sueciae priuilegio, quo ius hoc filiabus Vasallorum Meclenburgicorum concessit in compensationem liberalitatis, qua ornamenta muliebria Eidem obtulisse dicuntur, ut adimplerent summam 60000 marcarum argenti, qua intra triennium soluenda, pacem libertatemque redemisse a MARGARETHA Danorum Regina a. 1395 perhibetur, quam primus forte (a), sed saepius, cecinit NICOLAVS MARESCHALCVS THVRIVS (b), quem magno agmine sequuti sunt et Icti et historici patrii, tantum non omnes, veluti PETRVS LINDENBERG (c), (quem alias non adeo notum ciuem quondam eruditum et recti ingenii atque animi virum laudat ERNESTVS COTHMANVS (d),) IOANNES FRIDERICVS CHEMNITIVS (e), BERN-

HAR-

a) Primum hunc fabulae illius auctorem cum D. AVO in diff. de filia nob. v/sufruct. posit. 3. censet Perill. RVDLOFF I. c. §. 4. qui quidem in Adpend. nr. IV. pag. 23. sq. ex LAMBERTI SCHLAGGERT, cuius vita in idem incidentempus, Chronico Ribnizenſi MSC pro locum protulit, vbi is idem refert. Sed locus iste, qui inter supplementa huius Chronicis germanico idiomate exarati legitur, itidemque a D. DE WESTPHAL Tom. IV. Mon. ined. pag. 833. sq. exhibetur, non videtur iphus SCHLAGERTI sed interpretis eius germanice esse.

b) Potiora loca fere haec sunt: in Annal. Herulor. L. 7. c. 3. Tom. I. Mon. ned. p. 309. in desforationibus antiquitat. Lib. 5. ibid p. 1480. in Chronico Rithmico Lib. I. c. 72. ibid. p. 621. in

fine sq. et in Vitis Obotitorum Lib. I. c. 90. Tom. 2. Mon. ined. p. 1554. quem postremum locum a multis inuenio sub numero capituli 89. nominatum velut a Perill. RVDLOFF I. c. §. 4. p. 5. Ex-cell. BALEKE I. c. c. I. §. 2. pag. 6. KLEVERO Tom. 3. Part. I. pag. 502. DAVIDE FRANCKE Lib. 7. c. 8. pag. 82. nor. lit. w. Consult. PREHN in diff. de filia aquari ante virg. v/sufr. defunctori iuris v/sufr. secund. Reuers. exper. re §. 5. lit. b. p. 14.

c) in Chronico Rostoch. L. 2. c. 12. inf. p. 66. edit. de aa. 1596.

d) Respons. Acad. 47. nr. 49.

e) in Chronico Magno Mecl. a GERDESIO Collect. 7. diplomatum Meclenb. ex Epitome BESELINI exhibito, pag. 614. sq.

HARDVS LATOMVS (*f*), CASPAR MATTHIAS MUELLER (*g*),  
 SEBASTIANVS BACMEISTER (*h*), CHRISTIANVS GEORGIVS  
 TARGOW (*i*), MATTHIAS IOANNES DE BEEHR (*k*), SAMUEL  
 BUCHHOLZ (*l*), et GVENTHER DE PASSOW (*m*). Sed in dubium  
 iam eam vocasse videtur THOMAS LINDEMANN (*n*), certe de ea du-  
 bitarunt PETRVS TORNOVIVS (*o*) et GEORGIVS ENGELBRECHT (*p*),  
 licet tres hosce viros inter defensores antiquae opinionis referat *Generosiss.*  
*et Illustriſſ.* CHRISTIANVS L. B. DE NETTELBLA (*q*). Neque adeo  
 certam habuisse historiolam illam ERNESTVM COTHMANNVM fere  
 fūspicor. (*r*) Plane vero eam reiecit GEORGIVS GUSTAVVS GER-

DES

*f)* in *Genealogochronico Megepolit Tom. IV. Mon. ined. pag. 326. in f.*

*g)* in *dissert. Resp. ELARDO DETL. DE LAZOW* habita saepe nominata c.

*2. §. 4.*

*h)* in *animaduersionib. in MARESCH. THVRII Annates Tom. i. Monum. ined. p. 551. sq.*

*i)* in *KLVEVERO emend. Tom. i. pag. 532.*

*k)* *Lib. II. rer. Meclenb. c. 7. pag. 320.*

*l)* in *dem Versuch in der Geschichte des Herzogth. Meclenb. 7. Abtheil. §. 10. Anmerck. p. 284. et 8. Abtheil. §. 21. Anmerck. p. 335.*

*m)* in *notis MSCptis ad Reuersales de a. 1621. art. 27.*

*n)* Dicit enim in *Exercit. feudat. Dissert. 2. cap. 5. §. 38. pag. 49. vidiri hoc ins non tantum vi concessionis domi-*

*ni, sed et consensu et comprobacione va- fallorum, maxime in feudis antiquis ob- tinere.*

*o)* *de Feudis Meclenb. P. I. cap. 2. Sect. 2. §. 28. pag. 217.*

*p)* *in dissert. de singularib. feudor. Meclenb. iurib. Sect. 2. §. 5. pag. 29. quam SEBAST. BACMEISTER, licet cam nominet in animaduersiſſ. in MARESCH. THVRII annales. Tom. i. mou. ined. p. 552. non legisse videtur.*

*q)* *in Progr. de Albertino priuilegio successionis seminar. nobil. Mecl. in feud. §. 2. nr. 5.*

*r)* Licet enim is *Vol. II. Resp. 77. nr. 1.* huius iuris sub nomine priuilegiū mentionem faciat, quod itidem factum in *Reuersal. de a. 1621. §. 27.* notanter tam in *Resp. 89. nr. 86.* addit ex priuilegio vel consuetudine id esse,

## XXVIII

DES (s), cui mox ad sensum praebuerunt DAVID RICHTER (t) et D. AVVS (v). Sed quum hi omnes breuiter tantum et quasi in transitu hanc rem tetigerant, optime de hac doctrina meritus est *Vir Perillustris ERNESTVS AVGUSTVS RVDLOFF*, qui ex instituto fabulam illam exploris (w). Quum vero haec nouiter a GERDESIO prolata impugnauerat IARGOVIVS (x), GERDESIVS quidem pro tuenda sua opinione aduersus illum sufficere putabat, eum remisisse ad *Clarissimi RVDLOFFII libellum* (y), spes tamen, quam conceperat vir optimus, fore, vt, inspecta et perfecta elegantissima illa et eruditissima disquisitione, IARGOVIVS quoque communem hucusque errorem deponeret, insigniter ipsum fecellit, quum nouo ille conatu contra hanc nouam opinionem ipsumque *Perillustrem RVDLOFFIVM* infurrexerit (z). Sed bonam caussam vterius defendit et firmauit *Generosissimus et Illusterrimus CHRISTIANVS L. B DE NETTELBLA* (aa), quum iam antea in eandem sententiam cum laude *Perill. RVDLOFFII* transierant IOANNES DAVID KOELER, CUM IOACHIMO DIETERICO DE PREEN (bb), ERNESTVS JOACHER.

MVS

s) Collect. 2. diplom Meclenb. pag. 90.  
t) in progr. de ALBERTO Rege Sueciae et Duce Mecl. p. 15.  
v) in diff. de filia nob. vsufr. posit. 3. et 4. postea quoque in Select. Iurid. Rost. Fafe. 1. Spec. 7 posit. meclenb. I. pag. 56. verba instrumenti de d. Schoehnebre 1395. profert, quaerens vtrumne ea quid facere possiat ad illustrandam quae- stionem de origine huius iuris, de qua re melius forte iudicare posset integrum illud instrumentum inspiciens.  
w) in elegantissima disquisitione, quam supra laudauimus, denatalib. com-

mentit, iuris usufruct. filiar. nobil. in Megap.

x) in additament. ad P. I. KLVEVERI  
xi emend. ad pag. 537. (pro quo numero scribendum est: 533.)

y) in Collect. 6. pag. 532. Sq.

z) in Tom. III. P. I. KLVEVERI  
emend. p. 459. usque ad 467. et in pri-  
mis pag. 501. not. i. usq. ad p. 518.

aa) in Progr. quod diximus supra  
sub ltt. p.

bb) in diff. historica de Orig. et  
incrementis iurium et primitior. nobilitat. Meclenb. §. 24. nr. 3. pag. 49.



XXVIII

MVS DE WESTPHAL (cc), et DAVID FRANCKE (dd). Neque aliter sensisse puto D. HENRICVM NETTLBLADT (ee), qui huius rei mentionem faciens, quaerit, non decidit, non tamen quaeſiturus, si quod veteres dixerunt, pro vero habuſſet. Nouissime autem potiora argumen- ta pro debellanda fabula illa ex istorum virorum scriptis ſelegerunt, *Vir Excell.* IACOBVS HENRICVS BALEKE (ff), et *Consultiff.* MICH, EBERH. PREHN. (gg)

i3) Fuifſe enim hunc veterum fere omnium populoſum con- ſentaneum morem, vt feminas, exiſtente prole maſcula, ab omni ſucceſſione arcerent, ex PERIZONIO obferuat *Vir S. V.* et illuſtr. HOMMEL (a). In primis autem Germanos omnes, et in his maxime maiores noſtros, hoc ius conſtanter feruaffe dudum eleganter docuerunt viri docti, ex quibus adduxiſſe ſufficiat illuſtria et celeberrima Muſisque ſuauiā nomina DREY- ERI (b), BOEHMERI (c), SENCKENBERGII (d), THOMASII (e), BALKII (f), quorum ultimus optime eruditęque commoniſtravit rationem deducendae originis iuriſ noſtri yſuſruſtuarii filiarum vaſallorum Mecklenburgensium ex hiſce iuſtitutis ſucceſſionis antiquae, non tantum

fi

cc) in Praefat, ad Tom. II, Monum. pnedir. pag. 81, not. lit f.

dd) im alten und neuen Mecklenburg Lib. 7, c. 8. pag. 80. sq.

ee) in dem Entwurfe einer Mecklenb. Historie 3. Buch 2. Cap. n. V. pag. 42. ff) in der gründlichen Abhandl. von dem Mecklenb. Erbigungfern-Recht, cap. I. §. 2.

gg) 1. c. §. 5. vbi Perill. RUDOLFII argumenta excerpit.

aa) in den academischen Reden ueber

MASCOV de iure feudorum ad cap. 13.

§. 5. pag. 437.

b) in diff. inaug. de inaequali maſcu- lorum et feminar. ſecundum iura Cim- brica ſucceſſione §. 5. ſgg.

c) de iuribus ex ſtaru militari Ger- manorum pendentibus cap. 3. §. 1.

d) de ſtilia ultimagentis ſuiae in regnis et principat. ſuccedente cap. 5. §. 42.

e) in ſelect capit. historiae iuris feod. german. §. 17. 20. et 22.

f) vom Erbigungf. R. cap. I. §. 4. sq.

D 3

si feoda in patria nostra oblata esse adsumitur, verum quoque si vel maxime data ea esse conceditur (*g*), quae posterior argumentandi ratio *Perillusris BOEHMERI*, Musarum Goettingensium, quin ipsius Themidos Astreaeque decoris et ornamenti, observationibus suffulta et superstructa, plane noua in hoc genere est, laudeque ac diligentia viri Excellentissimi dignissima. Caeterum dum *origines* huius iuris vſuſructuarii ex vetere *succeedendi* ratione deriuandas esse censeo, nolo quemquam putare, me in granissimum illum incidere errorem, quo ipsum hoc ius vſuſructuarium, prouti nunc obtinet, confunditur cum successione illa, quae non nunquam extincta gente masculina feminis in feodum tribuitur, quem quidem errorem, toties non tantum a patriis iureconsultis (*b*), sed ab ipsis exteris (*i*) damnatum, turpem omnino mihi in patria versanti habem. Sed et hoc monendum mihi videtur, quae dixi intelligenda esse de primis huius iuris initis in terris Meclenburgicis. Nam quod ad terras Stargadienses adtinet, omnino veriorem censeo eorum sententiam, qui in

his

*g)* de qua quæstione vid. MOELLER in prim. lin. vſ. pr. dist. feud c. 4. dist. 8. pag. 146. Iq. ibique nominatos scriptores Conf. etiam quæ scripsit in Specim. I. c. 1. dist. 1. pag. 3. Caeterum monuisse sufficiat, plerumque alias solere doctores nostros ex pristina conditione allodiali in feodis oblatis retenta deriuare hoc ius. Vid. Consult. PREHN in diff. inang. de filia agnati ante virg. vſuſr. defuncti iuris vſuſr. secundum Revers. experte §. 5. ibique sub lit. a. nominatos. Digna quoque sunt, quae commendentur, eruditissime de feminarum in feodis oblatis successione scripta a Consultiss. IUSTO CHRISTOPH.

BOEHMERO, digno tanto aucto, tanto patre, tantis patruis in diff. de iurib. et oblit. g. feudor. oblat. descendantibus Praefide perill. DAN. NETTELBALDT quem Praeceptorem veneror a. 1770. habita cap. 2. §. 17. sgg.

*h)* TORNOW de feud. Mecl. P. t. c. 2. S. 2. §. 25. pag. 211. D. AVVS de filia nob. vſuſr. mecl. pol. 29. et de semina vasalla §. 17. MOELLER in prim. lin. c. 1. dist. 4. pag. 323. inf. Exc. BALEXEL. c. cap. 3. §. 20.

*i)* Vid. Gener. et illustr. DE SELCHOV Elem. iur. germ. L. 4. c. 2. S. 3. Tit. I. §. 648. Contrariam WESEN-

RECIP

his putant originem huius iuris ex privilegio ab HENRICO IX. a. 1434 feodorum possessoribus dato deducendam. Quamuis enim hoc quoque negauerit GERDESIVS (<sup>k</sup>), cautius vero in suspenso reliquerit Perill. RVDLOFFIVS (<sup>l</sup>), non dubito tamen, hunc, postquam ipsum hoc diploma apparuit, ex tenebris, quibus latuit, a D. MOELLERO (<sup>m</sup>) protractum et euulgatum, in hanc quoque transiisse sententiam cum Excell. BALKIO (<sup>n</sup>), et DAVIDE FRANCKIO (<sup>o</sup>), quod et ipsum GERDESIVM facturum fuisse persuasum mihi habeo, si contigisset ipsi, hoc diploma inspicere, et ex eodem intelligere, non continere illud, quod putabat, solam iurium priuilegiorumque in terris Stargardiensibus iam obtinentium confirmationem, sed nouam concessionem iuris in terris Suerinenibus quidem et Gustrouiensibus iam obtinentis, sed nunc demum ad Stargardienses quoque extensi. Quod ut curatus intelligatur ab iis, qui non sunt iuris historiaeque patriae adeo periti, monendum est, tum quidem iam innotuisse diploma HENRICI X. de a. 1471, quod ipse GERDESIVS publicauerat (<sup>p</sup>), et post illum D. WESTPHALIVS (<sup>q</sup>), sicuti et PERILL. RVDLOFF (<sup>r</sup>), D. MOELLERVIS (<sup>s</sup>) et FRANCKIVS (<sup>t</sup>) illud dederunt, sed prius illud HENRICI IX de a. 1434 non quidem plane ignotum fuisse, quum CHEM-

## NITIVS

BECIT errorem notauit D. AVVS de filia nob. usiſr. Meclenb. pos. 29. non ferens quoque MEVIVM in Consil. 27. filiam ex constitutione Meclenburgica ad vitam heredem feudi dicentem. Vid. ultimam quam Scripsit senex ille, cuius cineres colo, dissertationem de Ictis ex argueis in iure Meclenb. errantibus, quamque ipso praeside a. 1767. d. 25. Sept. Bützovii ubi tum versabar studiorum causa, defendere contigisse mihi insigniter factor, Sect. 3. §. 7. pag. 38.

<sup>k)</sup> Collect. 2. pag. 88. sqq.

<sup>l)</sup> l. c. §. 23.

<sup>m)</sup> in adpendice documentorum primitis lineis adiecta pag. 550. sq.

<sup>n)</sup> l. c. cap. 1. §. 2. in fine.

<sup>o)</sup> l. c. L. 7. c. 27. pag. 257.

<sup>p)</sup> l. c. p. 90. sqq.

<sup>q)</sup> in GEORG. WESTPHALII Diploma-  
ario Meclenburgico nr. LXXXIII.  
Tom. IV. monum. ined. pag. 1087.

<sup>r)</sup> l. c. adpend. nr. IX. pag. 29. sq.

<sup>s)</sup> ubi mox pag. 552. sq.

<sup>t)</sup> l. c. Lib. 8. c. 16. pag. 151.

NITIVS eiusdem in *Chronico magno*, quem locum ipse GERDESIVS excerpit, et alibi (v) mentionem fecerat, attamen hoc ipsum, quum illa CHEMNITII testimonia ex libris MSCptis desumpta essent, paucis innatuissē (x), et ipsum diploma ad manus eruditorum tum demum peruenisse, quum D. MOELLERVIS illud publicauit.

### §. III.

#### TRANSITVS AD QVAESTIONEM PROPOSITAM ET ORDO DICENDORVM.

Quanquam autem ius illud plane singulare multis ICTORUM patriorum libris commentationibusque illustratum est 1) tamen non ita plenissime descriptum atque plane exhaustum videtur, vt non interdum post amplas doctissimorum viorum messes, detur spicilegii colligendi occasio. Facile enim perspicitur, in re tanti ambitus, tantique momenti, eaque paucis admodum legibus finita 2), fieri omnino non posse, quin quotidie in foro orientur quaestiones, quae dubiae videntur et in utramque partem disputari possunt, quarum quidem numerus longe maior est, quam qui possit libris commentariisque conscriptis comprehendendi. Inter has quaestiones

v) in *Genealogia Regum Dominor.* p. 284, qui §. 10. pag. 283 dubitauit  
Ducum Megapolens. in vita Henrici IX. adeo, verum hoc diploma ad annum  
Tom. II. mon. ined. pag. 1679.

1434 an ad annum 1437. referendum  
fit. TORNOVIVS de feud. MecL. P. 1.

x) vt nec FRANCIO illud notum  
fuerit vid. *Eius A. u. N. M. L. 7. c.* priuilegii mentionem facit, nominat a.  
27. p. 257. nec BYCHNOLZIO, vti  
factetur l. c. 7. Abteil. §. 10. Anmerk. 1427, quod nescio, an virtio operarum  
factum sit.

stiones quum iure meritoque referri mihi videtur illa, quam hisce plagulis tractare institui, quippe quam scio in foro iam occurrisse 3), quamue obiter quidem tactam a viris doctis, 4) nondum vero ex instituto pertractatam inuenio, neque inutilem, nec plane iniucundam, dignamque omnino putavi, quae qualicunque industria mea paullo curatius examinaretur. Ex quo enim feodorum possessoribus datum est ius, quotannis duodecim quercus et quinquaginta fagos vendendi grafia caedere, absque speciali Serenissimi Domini directi consensus requisitione 5), quaeri omnino non incuriose potest: Vtrum hoc ius etiam filiae usufructuariae durante tempore usufructus concedendum sit? Quam quidem quaestionem quum negandam esse omnino putamus, ut pateat, quare eam negemus, huius rei rationem reddemus, tum ex ipsa usufructus natura, tum ex limitibus, quibus patria iura et instituta hoc ius seminarum usufructuarum circumscripsere, quibus expositis videbimus, quae contra disputari cum aliqua specie possint, iisque obuiam eundo demonstrabimus, nullam iis vim inesse ad infringendam nostram sententiam.

I) Indicem scriptorum, quibus hoc ius singulare patriae explicatum et illustratum est, dedit D. AVVS (a), quem tum ex iis locis, quae nominauit MOELLERVS (b), tum ex his, quae nos in calce paginae ad

margi-

a) in diff. de marito filiae nobilis usufructuariae Mecklenburgicae, quae est inauguralis Consultrissimi HENR. FRANC. MART. BEHM Buetzouii 1763. habita ibique ad adserendum I. pag. 2. sq.  
 b) in prim. iuu. v. f. pratt. distinct feud. cap. 15. diff. 4. in fine p. 324. vbi GER. DESILECT LINDEMANNI loca huc spe. etantia resert, posterioris locum tamen non recte designans. Est enim ibi legendum

### XXXIII

marginem adscriptissimus, aliqua ratione locupletiorem reddere poteris. Caeterum

gendum diff. 2. c. 5. §. 38. cui addi potest diff. 3. c. 7. §. 10. COTHMANNI quoque et TORNOVII libros, quos avvs in genere tantum allegat, specialius designat. Cothmanniana tamen Responsa tantum duo nominavit. Nos omnina hic recensebimus, quae huc spectant ex Vol. II. scil. Resp. 65. nr. 35. R. 67. nr. 1. et 40. R. 84. et 85. R. 89. nr. 86. R. 90. nr. 28. 32. KIRCHOFIVM quoque, quem nominavit Avus tantum, si specifice indicari vis, sunt loca illa; Tom. II. Consil. 44. et Tom. V. consil. 32. quod posterius consilium inuenies quoque apud THOMING. Vol. I. Resp. 4. Nos addamus, in SCHARFFI Consultationibus, quas Avus itidem allegauit, nihil occurere ad Ius vslufructuarium seminarum Meclenburg. spectans, bene vero apud SCHYRFFIVM Cent. 3. Consil. 13. et 73. cui ab exteriis iungi possunt WESENBEC. Vol. I. Consil. I. STRVV. Syntagm. iur. feud. C. IO. apb. 7. nr. 3. p. m. 381. et qui post MATTH. DE SCHVLENBURG in diff. de priuilegiis et praerogatiis nobilium mediatur. in Germania cap. I. §. 13. pag. 36. nuper adcessere, Perill. GEORG. IV. BOEHMER in principiis iuris feudal. §. 335. et Generos. atque illustr. DE SELCHOW. in elem. iur. Germ. §. 648. Caeterum et Pomeraniac ICti, ob patriae morum que vicinitatem, omittendi non sunt. Sed in MEVII consiliis, quae alias multa ad feoda Meclenburgica spectantia continent, nihil inuenio, quod ad hoc ius patrum spectet, praeter id, quod in Consil. 77. nr. 35. sq. legitur de filiis antepatrem mortuis filias ab vslufructu non excludentibus, quod tamen suum facere nolle testatus est d. avv s in diff. a me defensa de ICtris extran. in iure Mecl. errant. Secl. 3. §. 7 p. 38. licet ego quidem omnino existimem MEVRO hac in re adsentendum esse. Vid. Excell. BALEKE I. c. c. 2. §. 6. p. 27. neque memor fuit venerandus Senex eius, quod antea scriperat in diff. de filia nob. vslufr. Mecl. posit. 16. vbi sophistam dicit observationem, qua non nemo aliquando vslufruit, quod filii, etiam non super uiuiscentes patrem, excludant filias. Nec in Consultationibus Collegii ICtor. Acad. Gryphiswald. quae multa quoque Meclenburgica continent, praeter id, quod in Resp. 35. nr. 55. de iurisdictione, venatione et pescatione seminarie vslufructuarie competente occurrit, quidquam, quod ad hoc ius spectet, me inuenire memini. Sed commemorandus omnino est IOAN. BRANDAN. ENGELBRECHT in diff. inaug. de Successione filiarum nobilium in feuda Pomer. cap. I. §. 6.

rum singulares libros, quibus de hoc iure expositum sit, quos addere possum, mihi non succurrunt, praeter eristica scripta in causa celebri, quae in gente Iasmundica orta est, typis edita (<sup>c</sup>) et dissertationem inauguralem *Vtri Consulfissimi MICHAELIS EBERHARDI PREHN* (<sup>d</sup>), ipsam illam quaestione, de qua in lite ea contendebat, tractantem, et Responso iuriis a *Perillustri GEORGIO LUDOVICO BOEHMERO*, nomine Ordinis ICtorum Goettingensium, more suo, id est, summa eruditione, elaborato ornatam. Neque enim *IOANNIS DE KLEIN* liber, in quo praeter alia iuris patrii feodalis singularia, hoc quoque ius data opera illustrare instituit,

c) Prodierunt haec typis excusa sub titulo: *Kurze Beleuchtung des Zurufs: An das Publicum ueber die gedruckte Sammlung einiger das Privileginn des Mecklenburg, Erb - Jungfrauen - Rechts betreffenden Stuecke, mit Beylagen*; quorum adiunctorum numer. ab initio tantum erat XIII, postea vero ad XVII crevit, Quod scriptum quamversetur in perpaucorum manibus, placet illustrationis gratia hic tantum commemorare, prodidisse prium sub titulo: *Sammlung einiger — Stuecke* septem illa documenta, quae in hac postremâ collectione sub totidem numeris posita sunt, contra hanc collectionem vero postea sub Titulo: *An das Publicum* alia quaedam scripta edita esse, quae quidem nec ipse possideo, cum insequutum esse paucorum dierum interalloc hoc scriptum cum adiunctis XIII, septem scilicet prioribus,

et sex aliis. His postea adcessere reliqua, scilicet primum duo, sub nr. XIV. et XV. quorum illud est *Supplicatio consilii arctioris Ordinum prouincialium* (des engern Auschusses) ad Serenissimum Strelizensem, de prohibenda allegatione nouissimi periculi iuris feodalis Mecklenburgici, hoc vero Responsum Generosiss. et Perill. *IOAN. SAM. FRIED. BOEHMERI*, qui ornat et dirigit aliam Musarum sedem ad Viadrum, postrem duo alia sub nr. XVI. et XVII. quorum prius est incliti et illustris ICtorum Ordinis Goettingensis Responsum, interpretate perill. *GEORGIO LUDOVICO BOEHMERO*, ut diximus, datum, alterum vero Responsum *S. V.* et illustris *CAR. FERD. HOMMELI*.

d) *de filia agnati ante virginem usfructuariam defuncti iuris ususfructus secundum Reuerales experte Goett, 1768.*

## XXXVI

instituit, cuiusque titulum exhibit HENRICVS NETTEBLADT (<sup>e</sup>), in lucem prodiit, neque *Priuilegia illa matronarum et virginum nobilium in Ducatu Megapolitano*, quorum tanquam Codicis MSCpti idem mentionem fecit (<sup>f</sup>) vñquam ad manus meas peruererunt.

2.) Leges enim, quae de hoc iure speciatim praecipiunt, praeter notissimum articulum XXVII. *Reuersalium de a. 1621.* expresse cum reliquis, qui de re feodali patria disponunt, in §. 434. *Transaktionis provincialis* firmatum, praeter generalem confirmationem horum Reuersalium in §. 3. factam, non habemus. Ad fontes tamen et subsidia in explicando hoc iure adhibenda merito referenda sunt diplomata illa vtriusque HENRICI X. et X. de quibus plura supra diximus ad §. *praeced. n. 13.* pag.

3.) Id quod inprimis ex eo mihi constat, quod PRAESES mihi retulit, oblatam esse hanc quaestionem Illustri ICtorum ordini in Academia patria Fridericiana, qui et ipse Responsum, ab inclito hoc ordine celeberrimo cuidam ICto pratico Guestrouiensi sub d. 18. Febr. a. 1764. datum, mecum communicauit, quod insigniter in tractanda hac quaestione mihi profuit. Idem quoque mihi auctor est, se nuper ex actis, ab illustri Dicasterio aulico et provinciali ad ordinem suum transmissis, perspexisse, a femina nobili quadam, feodium quoddam iure vñfructus possidente, exegisse patronum ecclesiae, ad cuius parochiam feodium illud fructuarium pertinebat, vt materiam ex silva praedii, vñfructus iure a se posselli subministraret ad extruendum aedificium verbi diuini ministri, qui illius quoque praedii rerum sacrarum curam habebat, eoque nomine aduersus ipsam actionem instituisse in illustri Cancellaria Suerinenſi, illam vero actionem hancce excipiendo, actori opposuisse, se iure vñfructus tantum possidentem absque conſenſu agnati successoris materiam præbere non posse, ob limites huic iuri in *Reuers. de a. 1621. art. 27.* constitutos, ideoque

de

<sup>e</sup>) in *Succincta notitia Scriptorum Ducat. Megap.* p. 136. <sup>f</sup>) ibidem pag. 139.

de hoc consensu impertiendo agendum esse aduersus ipsum vasallum. Quia quidem de re vltior postea contentio suborta est inter partes, sed hac ratione absque iudiciali sententia sopia, vt agnatus ille, ad quem prouocauerat, qui et ipse aliud praedium possidebat, ratione cuius aduersus ipsum similiter de subministranda ad aedificandum materia actio erat instituta, declarauerit, se quoque illam litem fructuariae motam in se fuscipere, et de iuribus vtriusque praedii litigare velle.

4) Primus, qui hanc quaestione, quantum sciam, tetigit, est D. A V V S (a). Alter, qui sollertiafimum omnium fere quaestionum, quae ad hunc locum spectant, se praebet indagatorem, *Excellentiss. BALEKE* in libello, quem saepius nominauimus, *vom Erbungern Recht*, nec hanc plane omisit (b). Vterque, vti adparet ex verbis ipsorum ad marginem exscriptis, feminae vfructuariae ius illud denegat. Sed contrariam sententiam tribuere quis facile posset aut ipsi P R A E S I D I , aut *Consultissimo DANIELI IACOBO BOLTE*, nisi fide ipsius P R A E S I D I S adserere possem, errore factum esse, vt quea in quaestionibus variis iuris controuersis, quas *Consultiss. BOLTE* eodem P R A E S I D E pro summis

2) *in differt, inaug. Consultiss. NICOL. CHRISTI. ROENNNBERG de iuribus agnato durante iure vfructuario virginum nobilium Mecklenburgicar. circa feudum competente §. 8. not. \* p. 12.* vbi contra objectionem ex §. 307. *Transact. prou. motam, virginibus vfructuariis, ait, dispositio circa filiam vendendi causa deneganda ob banc unicam rationem esse videtur, quia non iure dominii utilis, sed solo vfructuaria, per textum Reversalium determinata.*

*to gaudent. Hinc quidquid iuris ipsi per Reversales concessum non est, illud per legem nouissimam, quae de vasallis et ipsis feudorum proprietariis loquitur, ipsis tributum esse hanc posset. Addimus vasallum successorem durante iure substrato gaudere non posse dicto §. per principia.*

b) Dabimus huius quoque verba, vt quea proxime ad quaestione nostram pertinent, iunctim hoc libello adparent. Ita vero ille Cap. 5. libri sui §.

mis in iure honoribns consequendis proposuit, vltimo loco posita sunt, in contrariam vtriusque sententiam exprimerentur (c). Praeter hos vero, qui igitur omnes inter se et nobiscum consentiunt, neminem scio, qui hanc tetigisset quaestione.

5) Datum atque concessum est hoc ius in *Transalt. provinc. §. 307*, his verbis: *In Ansehung der Holzaellung in den adelichen Guetern behaelt es bey dem unterm 24 Febr. 1750 von Uns zum allgemeinen Landesbesten erlassenen — Patent in allem durchgaengig sein Bewenden. Iedoch mit dieser Erklaerung, daß 1) dieienigen Allodial-Guetter, welchen in den von Uns oder Unjern Vorfahren darueber ergangenen Allodial-Verleihungen besondere Rechte und Freiheiten darunter beygelegt worden, auf keinerley Art benachtheiligt oder eingeschraenkt seyn, und daß 2) alle Lehnguetter jaehrlich zwey Stueck Eichen*

**II. pag. 70:** Es ist in dem §. 307. des *Erbvergleichs* versehen, daß die Vasallen bey den Lehnsguetern iaebrlich 12 Stueck Eichen und 50 Stueck Buechen zum Verkauf zu faelten berechtiget seyn sollen. Wie nun die Erbingerfer nach Maßgabe der Reversalen ueberall keine Eichen und Buechen faelten lassen kann, so fraget sich ob solches der Lehnsvetter waehrend des Erbiumgern-Rechts thun koenne? Ich glaube nicht, weil sie in der Maftung dadurch etwas verliehen wuerde.

c) Est enim haec quaestio ultima, numero XXIV: *Virgini viffructuariae denegari non potest ius caedendi ligna*

*secundum modum, qui definitur circa feuda in dem Landsgrundgesetzlichen Erbvergleich da a. 1755. art. 16. §. 307. nr. 2. Quae quidem contra PRAESES mentem esse, vel ex eo adparet, quod is in Responso ab Ordine ICtor. Buetzoviensium dato, anno proxime praecedente illi, quo haec quaestiones publice ad disceptandum proponebantur, contrariam sententiam defenderit, idque in ipso disceptionis' actu declarauerit. Natus est autem inde error, quod PRAESES veram suam circa hanc quaestione sententiam Respondenti suppeditauerit, is vero, non recte perspecta illius mente, contrariam posuerit, quam tam falsam esse deinceps ipse agnouit.*

## XXXVIII

Eichen und funzig Stueck Buechen, ohne Anzeige und Schuldigkeit zur Consens-Suchung, ein mehres aber nicht, zum Verkauf zu faellen, hiemit fuer stets berechtiget seyn sollen. Quod ita ex singulari clementia Serenissimi Ducis concessum et indultum est vasallis, quibus antea plane non licuit grandiorum arborum insigniorem quantitatem, sed singulas tantummodo quasdam absque speciali hanc in rem impetrato Serenissimi Ducis Regnantis consensu caedere, id quod tunc temporis non tantum speciali Edicto recentissimo D. Ducis CHRISTIANI LUDOVICI gl. m. (a) constitutum, sed plane consentaneum quoque erat anterioribus legibus provincialibus, tam generalibus (b), quam specialibus edictis (c), quibus ab omni tempore prouisum est deuastationi siluarum, tum ne quid fiat in fraudem Serenissimi Domini directi, tum ne quid inde detrimenti capiat res publica (d). Ex quibus adparet, quare ante Transactionem prouinciam promulgatam quaestio nostra moueri plane non potuerit. Quanto studio autem iam antea prospectum sit, ne feminae usufructuariae nimiam

sibi

a) de a. 1750. d. 24. Febr. quod est inter adiuncta Transact. prouinc. sub nr. IX.

b) in Ordinat. polit. et prouinc. de a. 1572. Tir. (XIV.) Vom Raden und Verwuestung der Hoelzung. Die Holz-Ordnung de a. 1702. d. 1. Iul. item Holz- auch Jagd- und Wild-Ordnung de a. 1706. d. 29. Apr. quae duea posteriores tamen per Resolut. Caef. ad Grau, de a. 1724. d. 19. Oct. arr. 10. ad praedicta nobilia non extendendae sunt.

c) Qualia sunt edicta de a. 1666. d. 3. Maii de a. 1683. d. 11. Maii de a. 1693. d. 8. Apr. de a. 1702. d. 16. Jun. in quo trium praecedentium mentio fa-

cta est, quod tamen, concessa illa vasalis ampliore potestate, vi sua destitutum et separatim in vim decisionis allegari prohibitum est in Transact. prou. §. 308.

d) Posterioris indicant verba Transact. prou. zum allgemeinen Landesbesten. Vid. duas dissertationes D. AVI de prouidentia publica circa silvas et arbores maxime de iure Mecklenburgico, quae ambae a. 1759. Rostoch. prodiere, in cuius priori §. 21 — 46. secundum ordinem temporis recensuit omnes constitutiones prouinciales ad silvas et rem lignariam ac forestalem quacunque ratione spectantes, quibus adiecit alias in posteriore §. 18 — 21.

sibi circa filias disponendi potestatem arrogant, et quam multae inde natae sint lites, tum ipsae Reuersales docent, tum Responsa veterum ICtorum patrioticorum ad dirimendas eiusmodi lites data ( e ).

### §. IIII.

#### ARGUMENTVM EX NATVRA VSUSFRVCTVS DESVMVTVM.

Primum autem, dum ex ipsa vsusfructus natura quæstionem, quam proposuimus, negandam esse ducimus, non putamus fore, qui neget, vel dubitet tantum, ius, quod filiabus vasallorum, quae sunt vltimæ stirpis suae, ratione feodorum paternorum competit, vnice in vsufructu consistere ( 1 ), quippe ex quo descendit consueta earum denominatio, quae filiae vel feminae vsufructuariae adpellantur. Vsumfructum autem si in genere definias, nullo habito respectu ad limites speciales, quibus ille potest per leges varias positivas vario modo circumscribi, vix aliter poteris describere, quam quod eum dicas, ius in rem alienam ( 2 ) percipiendi ex eadem utilitatem ( 3 ) salua manente eius substantia, saluaque domini proprietate. Ex quo cogitur, vsufructuarium, quippe ab omni proprietate rei exclusum, re fructuaria quidem vti et frui ( 4 ) posse, sed netiquam eadem abuti ( 5 ), ideo-

que

e) Et huius generis quod a. 1602. 3. ex quo illud quoque in priorem dis-  
d. 6. Dec. ideoque iam ante Reuersales fert, de prouid. publ. circa filias §. 37.  
datum legitur in D. AVI Select. iurid. p. 25. translatum est, ubi etiam aliud  
Rostoch. Fas. 3. Spec. 6. qu. 8. pag. 53. Respons. de a. 1747. §. 38. insertum est.  
et in Iure Mect. illustrato Cent. 5. iud.

que illum, quidquid ad fructus rei non pertinet, sed ipsam rei substantiam ingreditur, consumere non debere. Iam vero quum silua non caedua ad ipsum feodum pertineat, et fundi praediique quasi pars sit, nec fructus praedii dici queat <sup>6)</sup>, omnino intelligitur, fructuarium omnem a caedendo grandiores arbores in silua non caedua plane abstinere debere, quippe qui alias rem ipsam fructuarium minueret, eiusque partem, non fructuantum, percepturus esset <sup>7)</sup>. Quae quum ita sint, adparet, nec feminae vſufructuariae concedendum esse, vt grandiores arbores ex silua non caedua in sui tantum utilitatem et vendendi cauſa caedat <sup>8)</sup>, nisi quis velit notissimos vſufructus terminos egredi.

*x.)* Quod ne temere et ob solum nomen in scholis et foro vſitatum a nobis adserat etiam iis, quibus patria instituta eorumque fontes non adeo innotuere, dabimus hic ipsa verba legum diplomatumque quibus hoc ius regitur. Ita autem constitutum legitur in Diplomate HENRICI IX. *desuelven schoelen und moegen eres Vaders Erve und Lehn brucklichen besitten, na eres Vaders Dode, dewile dat se leuen.* Et in diplomate HENRICI X. haec leguntur: *Wy Hinrick — bekennen apenbar — so alſe wie nun van rechtewegen Unsſe Seel, leſen Veddern Herthogs Ulrichs ſind kamen, van Erves halven; tho dem Lande to Stargarden, un Unß Unſe Gemeine, Manne und Stede dasueluft, Ervhuldigung dahn hebbēn, daruemme, bede willen folch unſer leuen Truiwen (a) hebbēn wy begafet und begnadet (b) alle Fruwen und*

*Jang-*

<sup>a)</sup> ita, vt puto, rectius est apud MOELLERVM p. 552. pro *Fruwen* quod legitur apud GERDESIVM p. 91. forte operarum vitio.

<sup>b)</sup> in exemplo, quod est idiomatica SAXONIAE superioris conscriptum, haec ita efferruntur apud GERDES, pag. 92, daß wir

**F**

## XXXXII

*Jungfrown in dem vorscreven Lande to Stargard besethen, de nu sind und to kamen moegen to ewigen Tyden mit solch Gnaden, Gewalhnheit unde Gerechtigkeit alse in Unjem Lande to Mecklenburg stete Gewahnheit und Recht is, Erue un Lehen de Tydt eres Lefens to besitten, up Mat un Wise, alse dat vorscreven ist. Denique omnium clarissime loquuntur Reuersales de a. 1621. art. XXVII. hisce verbis: daß die Erb Jungfern die ihnen angefallene Lehnguether Zeit ihres Lebens frey, ungehindert jemands, doch allein iure vſusfructus einhaben, nutzen und genießen sollen und moegen, item postea: ungethet ihres habenden Niesbrauchs. Hisce consentanea sunt, quae leguntur in variis periculis Iuris feodalis Meclenburgici (c), quibus omnino non vt legibus, sed, quum de iure iam constituto sermo sit, omniaque sibi consentiant (d), quasi testimonii de eo, quod vſu iam obtinet, valide et recte vti nos posse videmur. In Periculo autem Husano, vbi de hoc iure sermo est (e), saepissime occurrit phrasis: des genießlichen Gebrauchs, den die Erb Jungfern Zeit ihres Lebens haben. Neque poenitet, initium huius capitii ex exemplo MSCpto, quod possidet PRAESES (f), in quo hoc est numero XVI, hoc loco exscribere, quin illud, vti in variis aliis locis, ita quoque in hoc notanter a Gerdesiano discrēpet,*

*wir darum und um Bitte willen solcher unsrer lieben getrennen, begabet und begnader haben und gegenwärtig begnaden —*

c) De quibus ita exposuerunt, vt historiam eorum exhiberent PRAESES et Consultiſſ. IOAN. FRIDER. PEITZNER in diff. inaug. de iure fructuum in primis post Augustum maturescerentum in separatione feodi ab alladio ſecundum rura Longobardica et Meclenburgica §. 28. pag. 114. 177.

d) Sub his restrictionibus omnino pericula illa hunc vſum praefstant, illis autem neglectis, qui ad ea temere prouocant, insigniter peccare obseruatum est in dissertatione, quam modo nominauiimus §. 29. pag. 122.

e) Quod est in cap. XVII. eius exempli, quod exhibet GERDES in Collect. i. pag. 42.

f) de quo exemplo vide quae narrata sunt in dissertatione PEITZNERI inaugurali §. 28. not. o. p. 116.

Icrepet. Verba autem, quae ibi leguntur haec sunt: *Laeffet der Lehmann keine Soehne noeh Sohnes-Soehne, sondern allein Toechter nach sich, obwohl das Lehn auf des Verstorbenen Lehnsfolger, oder an dem Herrn faellt, so moegen doch die Toechter das Vaeterliche Leingut, es sey alt oder neu, Gnaden- oder Kauf-Lehn aus sonderlicher Mecklenburgischer Landesgnadung die Zeit ihres Lebens, jedoch ohne Schwaechung des Leingutes und der in dem Lehgute gehoerigen Bauers-Leute vnd Gaerten, Holzungen, Bauhoefen genieffen vnd gebrauchen.* In *Periculo COTHMANNIANO* (g) in oppositione ad successionem feminarum, de qua antea, ita pergitur: *Dennoch wenn der Lehmann keine maennliche Leibes-Lehns-Erben, sondern allein (ehelich) (h) gezeugte Toechter nach sich laeffet, so genieffen vnd gebrauchen die Toechter — das erledigte Leingut Zeit ihres Lebens.* MEVIVS quoque in *iure provinciali Meclenburgico* (i) apte concinneque hanc rem ita exprimit: *Den Erb-Jungfrauen gebuehret Zeit ihres Einhabens der Leingueter Nutzen vnd Genieß iure vſusfructus auf Fug vnd Weise, als die Leibgeding rechtswegen eingehabt vnd genuetzt werden.* Denique D. AVVS in *Periculo Iuris feodalis Meclenburgici* a se confecto ipsa Reuersalium yerba repetit hunc in modum (k): *Die Erb-Jungfern, welche Benennung, weil sie sich auch ueber Verheirathete und Wittwen erstrecket, von niemand soll captirt werden, nutzen und genieffen die ihnen angesallene Lehngieter Zeit ihres Lebens frey und ungehindert, doch allein iure vſusfructus.*

2.) Omnino necessarium duxi vſumfructum ita finire, vt ius in rem alienam eum dicere, vt hac ratione distingueretur, tum a iure illo utilita-

g.) *Tit. VII, art. 6. apud TORNOV. P. I. pag. 21.*

h.) *Hanc vocem apud TORNOV. vitio operarum omittam censeo.*

i.) *Parte II. Tit. VII, §. 6. Tom. I. Monum. inedit. pag. 716.*

k.) *Titulo XIII. pag. 109. ibique nr. I.*

## XXXXXIII

vtilitatem ex re propria percipiendi, quod coniunctum est cum proprietate, vel tota in dominio Scilicet pleno, vel parte eiusdem in dominio vti- li, quod dicunt, tum a iure illo vtilitatem ex re aliena quidem per- cipiendi, quod tamen non in rem sed in personam tantum compe- tit. Neque vereor, quin quis mihi obiciat, hac ratione me non vsumfructum in genere et abstrahendo a legibus positius definire, quum notiones iuris in rem et in personam ex iure Romano desumptae sint. Fa- cile enim harum rerum intelligentes perspiccent, has notiones occurrere in iure Romano quidem, (licet ne explice quidem in ipsis libris iuris Romani, eaque ratione, vti hodie in scholis fieri solet, explicentur,) non vero ex eo- dem, quasi unico et proprio fonte esse profectas. Nam etiam si hoc darem, iuris Romani studium in primis dedisse occasionem ICTIS nostris, vt gene- rales formarentur iuris in rem et in personam notiones, manifesto tamen ad- paret, has ipsis non esse iuri Romano tantum proprias, quin potius eas in omni iure positivo obuias esse, et ipsi rei naturae adeo conuenire, vt nec in iure naturae negligi possint. Quodsi cui ex iis, quae docte et elegan- ter, maxime tamen ad Romanorum instituta VLRICVS HVBERVS (*a*) pro defendendis GROTI<sup>I</sup> finitionibus contra GERHARDVM FELT- MANNVM (*b*) disputauit, non satis adparet, illum remitto ad ea, quae mira perspicacia subtiliter aequa, ac docte et eleganter, licet paucis, hac de re differuit Vir perillustris IOANNES HARTWIG REVTER (*c*), iuri- ris in rem et in personam formas curatissima philosophandi ratione distin-

*a)* in digressionibus Iustinianis Lib. 4. cap. 4. *sqq.*

guens indicat, ut ex eo intelligitur, quod ipsa cius verba adducatur.

*b)* qui in tractatu de iure in re et ad rem cap. 10. §. 34. sq. GROTI<sup>V</sup> taxauit, quem quidem HVBERVS non nominat, attamen *l. c.* §. 3. sub nomine *praeacutis scriptoris*, quem ibi et in se- quentibus acriter perstringit, certissime

*c)* in paucarum plagularum, sed do- etissimo libello, quem a 1755. sub ru- bro: *Aenigmatis*, quod Imperatori L. vn. C. de nudo iure *Quirit. toll. visum* in dominio *quiritario ac bonitario fclu- tio*, quae simul notiones iuris in re et ad rem euauiores fissit.

guens et finiens. Quae quidem monuisse superfluum videri poterat, quum qui CHARONDAE, hanc distinctionem solis iuris romani interpretum recentiorum ingenii inuentam existimanti (*d*), adsentiret, hodie neminem fore facile quis putaret. Sed quis ignofat, hoc ipso saeculo peccari in finibus horum iurium regundis a viris, qui sua philosophandi ratione omnem iurisprudentiam, quum reformare eam, ut dicunt, emendare, corrigere et in formam artis redigere student, plane interuerunt.

*3.)* In generali hac utilitatis percipienda designatione subsistendum hic mihi esse putau, quum curatior finitio utilitatis ab usufructuario percipienda, quousque ea extendatur, quibusue limitibus circumscrribatur et contineatur, perinde ac illud, utrum hoc ius ossibus fructuarii tantum inhaeret, an ab ipso in alios transferri possit, notionem generalem non ingredi, sed ad speciales et singulares iurium positiorum determinationes pertinere existimauerim. Possunt enim haec omnia pro legislatoris arbitrio varia ratione determinari. Ex quo facile etiam adparet, subtiliorem iuris Romani inter usum, qui necessitate utentis circumscrribitur, et usum-fructum, qui latius patet, distinctionem, quam foras nostra ignorant, studio me omisisse.

*4.)* Dum uti frui posse usufructuarium dixi, re fructuaria, nolui quidem has voces ea ratione distinguere, qua solent Icti Romani maxime in loco de usu et usufructu, ut *uti*, ex necessitate definiatur, *frui* vero sit largiter et ad voluptatem *uti*, sed ita has voces separare et sciungere volui, ut *uti* re aliqua, sit ipsam rem ad id, quod volumus, in utilitatem nostram adhibere, quem sensum Romani quoque huic voci tribuere solent (*a*), *frui* vero re quadam, sit fructus i. e. emolumenta et comoda cuiusvis generis ex eadem percipere, quam vim DONATVS (*b*) huic verbo inesse docet,

*d)* ubi notauit FELTMAN I. c. §. 2. *dati vel. contra.*

*a)* L. I. §. 1. L. 21. §. 1. D. commo-

*b)* ad TERENT. Adelph. V. 8. 20.

## XXXVI

docet, quamque ei tribuit *Vir S. V. doctissimus ERNESTI* (*c*) in explicando loco *CICERONIS* (*d*), quo *Tibi fauemus*, inquit, *Te tua frui virtute cupimus* (*e*).

5) *Vt abuti sit rem vtendo consumere, vti explicat NONIVS MARCELLVS* (*a*), *qua ratione ICTis notissima* (*b*), *CICERO* (*c*) *quoque vsum et abusum discernit.* Cuius generis abusum, si velis ab eo fecernere, *quo male quis vtitur re sua* (*d*), *hunc ex more facculi nostri poteris moralem nominare, illum vero naturalem dicere.*

6) *Non immorabitur vteriori explicationi siluae caeduae et non caeduae ex iure Romano, quum satis clara sit siluae caeduae finitio, quam exhibet CAIVS in libris nostris* (*a*), *ad quam elegans est GERARDI NOODTII* (*b*) *obseruatio.* Nostris terris nostraeque aetati magis conuenit explicatio a D. AVO data. (*c*) Sed dabitur quoque infra (*d*), aptior de hac re, quatenus de ea disceptari potest, dicendi locus.

7) Vi-

*c) in Clave Ciceron, f. v. frui.*

*d) in Bruto c. 97. f. 331.*

*e) Adde, si lubet, quae de vtriusque vocis dupliciti hac significatione exposita sunt in diff. inaug. Consult. IOAN. FRID. PEITZNERI de iure fruictum in primis post Augustum maturescenitum in separar. Feodi ab allodio secundum iura Longob. et Meclenb. PRAESIDE, quo etnos vtimur, habita, §. 1. pag. 2.*

*a) cap. 2. de propriet. sermon. nr. 69.*  
*b) Vid. L. II. §. 2. D. de iureiur. L. 5. §. 1. et 2. D. de usiffr. ear. rer. quae usu consum.*

*c) in Topic. c. 3. f. 17.*

*d) Vid. L. 25. §. 11. D. de hered. petir.*

*a) in L. 30. pr. D. de V. S.*

*b) Lib. I. de Usiffr. c. 7. circa fin. Tom I. Operum Col. Agric. 1732. in f. editorum pag. 357.*

*c) in diff. 1. de prouid. publ. circa silvas §. 14. 15. Add. Differt. 2. §. 5. Vid. quoque conf. ERNESTI FRID. WEBERI diff. inaug. Gortingae 1755. habitam de iure sibi habendi arbores in fundis villaticis turbine deiectas specia- liter in terris Bremensisbus et Verdenfibus §. 23.*

*d) ad §. proxime sequentem V. n. 8.*

7.) Videntur haec ex ipsa generali vſusfructus notionē, de qua hic tantum loquimur, adeo manifeste cogi, vt vltiore disputatione non opus sit. Caedendo enim arbores grandiores, quae ipsius fundi partem constituant, fundus ipse imminuit et deterioris conditionis fit, ideoque nec salua eius manet substantia, nec salua domini proprietas, quod vſusfructus naturae plane repugnat. Neque hoc loco, vbi, vti dixi, de vſusfructu in genere tantum, non de singularibus finibus et limitibus eius in iure aliquo speciali et positivo eidem constitutis, disputare institui, ad iuris romani auctoritatem prouoco, vt quae dixi probem. Iuuabit tamen hoc loco solius illustrationis cauſa notasse, ipſos quoque Romanos, quos perquam exacte et ſubtiliter naturalem rationem in conſtituendo iure ſequitos eſſe, ſatis conflat, eadem quoque probaſſe, quum diſerte P A V L V S ( a ) grandes arbores caedendi ius deneget vſusfructario, et V L P I A N V S ( b ) id referat ad ea, quae ſunt in perniciem proprietatis, quale quod fructuario, qui cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, committere non licet.

8.) Quare longe alia ratio eſt, iuris caedendi arbores in ipsius praedii fructuarii vtilitatem, zu des Lehns ſcheinbaren Nutzen und Frommen, vti loquuntur Reuersales. Nam quum femina vſusfructaria nec conditionem feodi, quo vtitur fruitur, deteriorem reddere debet, et aedificia in eodem conſtituta farta tecla conſeruare tenetur, ( die Gebaeu unter Dach und Schwell in gutem Weſen zu erhalten, ſunt verba Reuersalium ) aequitati omnino conueniens eſt, vt materiam quoque, quae in ipſo praedio eſt, huius rei cauſa, eo modo, quo ſolet bonus paterfamilias, adhibeat. Non abſimili ratione V L P I A N V S ( a ) philosophatur, qui dum quaeritur: Vtrum fructarius ex filia palari ( b ) vel ſalicto ( c ) vel arundineto quid

a) in L. II. D. de vſusfructu et quemadmodum quis vtarur fructu.

b) in L. I3. §. 4. D. eod.

c) in L. 9. §. fin. D. d. t.

possit  
b) palaris filia a palo dicitur, ex qua  
pali et pedamenta caeduntur. Sunt enim  
pali, ligna acuta, quae ſolent in terram de-  
figi, et quibus in primis in vincis pedan-

## XXXXVIII

possit vendendi gratia sumere, id negat, si fundi vſusfructus legatus est, et sit praeter eum silua, vel salictum vel arundinetum, ex quo paterfamilias, qui legauit fundi vſumfructum, ipſe sumere solebat, licet tum et salice et arundine et palis ipſe vti poſſet eo modo, quo solebat paterfamilias, concedit tamen, si non fundi, ſed ipſius ſalicti, ſiluae palaris, arundineti vſusfructus relictus ſit, vt tum, etiamſi paterfamilias non solebat, vendere poſſet, et, quod magis huc pertinet, arbores euulſas adeo, vel vi ventorum deieclatas, vſque ad vſum ſuum et villaे poſſe vſuſructuarium ferre, cum Labene adfirmat, qui putat etiam materiam iſum, quantum ad villaе refectionem, ſuccidere poſſe (d). Pariter quoque POMPONIVM (e) puto huius rei rationem habuisse, dum ex ſilua caedua pedamenta, et ramos ex arbore ſumere ſimpliciter vſuſructuario concedit, ex non caedua in iſam vineam ſumere hos ramos tantum, et quidem ita permittit, vt ne deteriorem fundum reddat. Nam quum dixit in vineam eum poſſe quoque ex ſilua non caedua ſumere, in eo videtur differentiae et discriminis rationem poſſuisse, vt in vineae, quippe ad fundum fructuarium pertinentis, vſum tantum, non ultra, ex ſilua non caedua ſumere liceret arborum ramos, veluti vt pro palis inſeruant, ex ſilua caedua vero ſimpliciter, ſive ad vineae fundiuе vſum, ſive ad aliud quocunque emolumentum fructuarii, etiam vendendi cauſa ligna caedere permiſſum eſſet.

## §. V.

dis vtebantur veteres. Ita TIBULLVS qua locus classicus eſt PLINII Lib. XVI.

I, 7, 33.

hiſtor, nat. c. 37.

Hic docuit tenerem 'palis adiungere  
vitam.'

de quo et aliis pali significaribus vi-  
de GESNERI theſaurum.

c) ſalicem ſatis notum eſt, eſſe arbo-  
rem aquaticam facillimi prouentus, vſus  
quotidiani ad viendum, pleſſandum, de-

d) Vid. L. 12. pr. D. d. r. et que-  
ad illud commentatus eſt ANTON FA-  
BER in Rationalib. adde GERARD,  
NOODT loco, quem nominaui ſupra ad  
nr. 6. lit. b. pag. 46.

e) in L. 10. D. d. r.

## §. V.

ARGUMENTA EX IPSO IURE MECLENBURGICO  
DEDICTA.

Sed quum haec ex generali tantum *vſusfructus* notio-  
ne disputauimus, nondum inspectis specialibus legum po-  
ſituuarum limitibus, dubitatio inde oriri poterat, vtrumne  
arbitrio legum nostrarum fines *vſusfructus* filiabus ultimi  
feodi poffessoris competentis eousque paterent, vt hoc ius  
tribuendum illis effe intelligeretur. Quare iam, de quo alter  
erat differendi locus, de his legibus institutisque patriis in hac  
quaefitione dispiciendum erit, vt adpareat, nulla ratione posse  
feminas feoda *vſusfructus* iure poffidentes ad hoc ius ad-  
mitti. Paucis autem haec comprehendamus. Primum enim,  
quum ius feminarum *vſufructuarum* fit plane singulare  
et foli Megapoli, certe quod ad hodiernum *vſum* ſpectat,  
proprium <sup>1</sup>), ideoque eo minus interpretatione extenden-  
dum <sup>2</sup>), quo magis id et domini directi <sup>3</sup>), et vasallorum  
<sup>4</sup>) iura anguftioribus limitibus circumſcribit, deinde quum  
et ius illud, quotannis duodecim quercus et quinquaginta fa-  
gos citra Serenifſimi Domini directi conſenſum ſpecialiter  
impetratum vendendi cauſa caedendi, itidem plane singulare  
<sup>5</sup>), nec feminis *vſufructuaris* nominatim indultum fit <sup>6</sup>),  
temere omnino ageret, qui nihilominus, quod ſpeciali cle-  
mentia vasallis indultum eft, ad has contra iuris rationem  
transferre vellet. Sed fi porro addis, in totum arceri femi-  
nas fructuarias a iure caedendi grandiores arboreſ, et inuite-  
rata

G

rata consuetudine 7), et lege scripta anteriore 8), hac ipsa recentiori, de qua loquimur, non tantum non sublata, sed firmata adeo et magis stabilita 9); tum si consideras, in Serenissimi domini directi 10) et in agnatorum, si qui sunt, in feodum fructuarium succendentium 11), summum id vergere detrimentum, quum tamen historia iuris feodalnis patrii satis doceat, quanto studio ordo equestris cauerit, ne nimis extenderetur hoc ius vſufructuarium 12); si porro nec hoc omit-tis, quod multo magis verendum sit in feminis vſufructua-riis, quam in ipsis vasallis, ne hoc iure in detrimentum prae-dii abutantur 13); denique si probe perpendis, neminem unquam, vel ante hanc nouissimam legem, vel post eandem di-xisse, fieri posse, vt femina vſufructaria consensum Prin-ci-pis de caedendis grandibus arboribus in suam utilitatem ven-dendis peteret, aut impetraret 14), neque vero hanc le-gem vlli, qui facultate caedendi arbores vendendi gratia plan-e non gaudet, eam indulgere, sed potius loqui illam de his, qui alias possunt impetrata venia arbores in feodo caedere grandiores, iisque demum indulgere, vt determinata quantitatem absque speciali venia caedere atque ven-dere possint: his omnibus bene consideratis, recteque intel-lectis, sane luce meridiana clarius tibi adparebit, nouam hanc legem prouincialem, si pro subiecta materia intel-ligatur, ad feminas fructarias extendi non posse, sed quod eadem in fauorem vasallorum dispositum est, nihil plane ad has adtinere. 15).

1) Frustra enim alibi quaesiveris hoc ius in patria nostra plane singulariter obtinens, vt nec in ipso Pomerania, cuius alias instituta, in primis

primis circa feoda, mirum in modum cum patriis conueniunt (*a*), illud  
hodie inueneris. Hodie inquam. Nam olim id etiam in Pomerania non  
ignotum fuisse, D. AVVS (*b*) iam notauit auctore MEVIO, quem nominat  
(*c*), cuiusque verba dabimus: *Anfangs, ita ille, haben die Toechter das Recht*  
*gehabt, daß wenn iemand ohne Leibes-Lehns-Erben verstorben, dieselben*  
*Zeit ihres Lebens die Lehne behalten, wie aus oftgedachten Privilegio*  
*Ottonis zu befinden. Hernach aber ist dasselbe abgeschafft und gleich-*  
*wohl die Toechter und Schwestern — in reliquis, quae sequuntur, recen-*  
*set iura hodierna filiarum nobilium in Pomerania, de quibus praecclare et*  
*singulariter exposuerunt IOAN. SAM. HERING (*d*) et IOAN. BRANDA-*  
*NVS ENGELBRECHT (*e*), qui in primis quoque de iure succedendi, quod*  
*filiabus de nouo, in casu, si ultimus feodi possessor absque prole mascula et*  
*agnatis aut simultanee inuestitis decedit, indultum est (*f*), singulariter*  
*commentatus est (*g*). Privilegium autem illud, cuius MEVIVS mentionem*  
*fecit in superioribus, est OTTONIS II, Ducis Pomeraniae, de a. 1464.*  
*cuius alias sub nomine: *Land-Priuilegia von Herzog Otten dem Bischoff**

von

*a) Quod dudum obseruauit TORNO-*  
*VIVS P. I. de feud. Meilenb. c. 2. S. 1.*  
*§. 19. pag. 161. vna cum MEVIO, cu-*  
*ius ibidem verba adduxit.*

*b) in diff. de filia nob. usuf. Mec-*  
*lenb. posit. 3.*

*c) Consil. 44. nr. 46. Huic loco*  
*unge Consil. 45. nr. 163, et Consil. 38.*  
*nr. 45-48.*

*d) de iure virgin, nobit, in feud. Po-*  
*mern. orient. Sedin. 1733.*

*e) in introdictione in notit. iurium*  
*feudor. Pomeran. Suecic. Cap. 8. §. 43.*  
*pag. 133. sqq.*

*f) Verba haec sunt Generosiss. et per-*  
*miss. AVGUST. DE BALTHASAR in*  
*diff. de origine feudorum in genere, prae-*  
*cipue oblatorum in Pomerania, horum*  
*que inde §. 23. pag. 51. vbi fontes*  
*huius concessionis nominat Resolut. Reg.*  
*Nobilib. dat. de a. 1669. d. 10. Apr.*  
*§. Demnach auch L. Staende. Resolut.*  
*Reg. de a. 1682. nr. 2. et nouiss. Pri-*  
*uileg. Nobil. de a. 1720. vbi hoc etiam*  
*ad feoda noua extensum.*

*g) in diff. inaug. de successione filiar.*  
*nobil. in feuda Pomeran. Plures de hoc*  
*iure scriptores inuenies in diff. per ill. DR*  
*BALTHASAR, quam diximus l. c.*

von Cammin und der Landschaft ertheilet mentio fieri solet ( h ). Meminit quoque horum priuilegiorum eorumque tenoris A L B . G E O R G . S C H W A R Z I V S ( i ), O T T O N E M que ea, E R I C I Ducis exemplum sequutum dedisse dicit. De ipso quoque E R I C O , eiusque in hanc rem iam antea concessum priuilegio, paulo ante ( k ) resert, datum illud esse R ugenwaldi a. 1459. am Sonnabend nach Viti et Modeſi, eiusque verba, quantum ad hoc ius filiarum vasallorum adtinet, hunc in modum excerpit: *Wer et ock, datjenige Lehne, in diesem Lande to Pamern loß ſtuerven, ſonder Lives Erben, und defuelve, de van dem Lehn verſtorven, Doechter nalete, ſo schoelen de Doechter eres Vadern Erve und Lene beſitten to eren levende.* Denique addam, quae E N G E L B R E C H T , plurium diplomatum mentionem faciens, hanc in rem scriptis his verbis: <sup>l)</sup> *E quidem iam in vetustioribus priuilegiis Ducum E R I C I . II . de a. 1459 et 1463. O T T O N I S . II . de a. 1464. et B O G I S L A I X . de a. 1474 ordini equestri collatis, id constitutum erat beneficii, vt, ſi vasallus abſque prole maſcula decederet, ad ſuperflites ipſus filias, excluſis ad interim agnatis, feuda paterna ad dies vitiae uſque poſſidenda deuoluuerentur, quam in rem ius aliquod uſufructuarium filiabus competiſſe commuñiter adſerunt, hancque ſucceſſionis ſpeciem in Principatu etiam R ugiano receptam ſuiſſe e codice iuris prouincialis R ugiani adparet.* Nefcio quidem, vtrum intelligat illum codicem antiquissimi Iuris Vandalico-Rugiani, cuius ſupra m) mentionem feci. Certe hac adſertione incitatus perſcrutatus ſum hunc codicem, et quae inueni, hic danda eſſe putau. En ergo initium capituli CLXIII. hiſce ver-

bis

h) Vid. Apparatum diplomatico - Bi- Ruegianischen Lehnhiſtorie 2. Tb. 3. Cap. floricum oder Verzeichniß allerhand zur pag. 588. sy.

Pommerschen und Ruegianischen Hiſtorie  
dienlichen Landes-Gefetze, Conſtitu-  
tionen etc. I. Auf fertig, 2dae edit. de a. 1735.) pag. 48.  
i) in dem Versuch einer Pommersch-

k) ibid. pag. 574.

l) in Introduc. in not. iur. fendor. Pom. S nec. c. 6. §. 24.

m) Vid. ſupra ad §. II. n. 3. lii. aa. in fine pag. 15.

bis n): *By Tyden der Olden erveden de Doechter, so neine Soehnes da wehren, dat Lehen to eeren Leuende, na ehren Dode geven de Agnaten, et in eorum defecitu, Princeps, wo se wolden den Kindern na ehrer Moder Erue, edder der Fruwen edder Iunckfruwen naegeste Bordih, chere freuwliche Gerechtigkeit, und nehmen ehre Lehn an. Weren da neyne Kinder edder Lyues Erven, de Agnaten, so vele eines Schildes und Helms, nehmen dat Lehn an, mosten de Fruwe uthrichten, und alle Schulde behalen.* Haec de iure antiquo. De iure istius temporis, quo Codex conscriptus est, intelligenda videntur, quae leguntur ibidem cap. CL. his verbis ab initio o:z *Stervet einer vom Adell, und levet de Dochter und keine Soehns, de Dochter ervet des Vaders Hoff als dat Erve, dat sind de Aedificia edder wanninge, unangesehen, dat idt is wedder de gemeine Lehnrechte, dat Lehn kame ad agnatos, edder idt wuerde dem Landes Fuersten, edder feudi domino voropet, und in der Freyheit findet se bleven, darna alse men se nicht tom Lehne wolde gestaden, und sitten nach Actum (p) Gebruck.* Nomen quoque einer *Erffyunckfrawe* in hoc Codice (q) inuenio, attamen, quantum video, non in hoc sensu, quo hodie in patria hac voce vtimur.

2) Ius hoc, in specie obueniente dubia, interpretatione non extendendum esse, sed restringendum, ita eleganter docuit *Vir Excellentiss. BALECKE* (s), ICtorum quoque patiorum, TORNOVII, ENGELBRECHTI, MOELLERI, et D. AVI scriptis in rem suam tam plena manu adductis, vt otium mihi plane hac in re fecerit. Neque scio, sed Lecturis committo, vtrum, quae supra (b) de recte intelligenda hac regula disputauit, tanti sint, vt operae pretium videatur ad haec eos remittere.

n) in DREYERI *Monument. amecd.*

*Tom. I. pag. 426.*

o) *ibid. pag. 407.*

p) in quo verbo nescio, an lateat sphalma typographicum.

q) in capite 153. l. c. pag. 411.

a) in libello praestantissimo, quem saepius nominaui *vom Erb- und Ingfern-Recht* cap. I. §. 14 — 17.

b) Vid. *supra* §. II. nr. 5. pag. 23.

3) Domini directi iura respectu aperturae feodi, quam dicunt doctores in scholis et in foro, minuti per usum fructum filiae ultimi possessoris in aprico est. Quamuis enim, ut recte expressum est in exemplo MSCpto *Periculi Husani Iuris feudalis Mecklenburgici*, loco, quem supra dedi (a), statim per mortem vasalli filiam fructuariam relinquens, fiat consolidatio, intelligitur tamen, Dominum vivente filia fructuaria utilitatem ex feodo percipere non posse. Neque, quod hic incidenter moneo, *Perillustris GEO. LVD. BOEHMER*, quum hoc ius filiabus ultimi vasalli, deuoluto ad agnatos feodo competere adserit (b), ita intelligendus est, quasi neget, idem locum etiam inuenire, si feodium Domino aperitur, quippe quod adeo certum est, ut putarint alii, prouti mox notabimus, hoc solo casu illud tantum obtinere. Neque certo hoc ignorauit Vir doctissimus, sed sufficere putauit, exprimere id, quod frequentius fit, et quod potius est, et de quo certe extranei interdum dubitarunt. Sane enim multo frequentius fit, ut feodium ad agnatos deuoluatur, quam ut aperiatur domino, et quum proximius ius sit agnatorum, quam domini, illorumque ideo ius, quum succedant, potius omnino dici possit, iure Domino in casu aperturae feodi competente, facile intelligitur vel quolibet tacente, filiam, quae agnatum ab usufructu feodi ad ipsum deuoluti excludit, multo magis excludere quoque debere Dominum, cui feodium apertum est, in primis in Megaponi, ubi tanta est Serenissimorum Ducum clementia, ut plerumque feoda sibi aperta soleant iis, qui bene de republica meruerunt denuo clementissime conferre (c). Quare ita intelligendus est Vir celeberrimus, quasi dixisset; filiabus — in feodo, etiam ad agnatos deuoluto, (non tantum Domino aperto, quod erronee nonnulli putarunt,) competit ius usufructuarium ad

vitae

a) Vid, supra ad §. preeced. *III*. 335. Edit. secundae de a. 1767.  
n. I. pag. 43.

b) in libello, qui consensu omnium, omnibus sui generis palmam praeripuit, inscripto: *Principia iuris feudalis* §. 11. n. 4. pag.

c) Vid. *Resolut. ad grau. polit. 3. et*

*Transact. prou. de quorum locorum vero sensu disputauimus supra ad* §. 11. n. 4. pag.

vitae tempus. Ut scilicet breuitati studens, qua ipsa dici non potest, quantam libello suo laudem conciliauit, in primis quum iam versabatur in exponendo aliquo iure singulari vnius provinciae, quod ex instituti ratione, quae omnino inspicienda est, non nisi obiter et in transitu quasi tangere poterat, id maxime exprimeret, de quod certe dubitatum aut erratum fuit, omisso eo, de quo nec vnam quis dubitauit, nec facile dubitabit. Neque de ea specie, de qua nunc sermo est, excludenda, contra regulam notissimam, quae vetat ex vnius assertione interpretando inferre alterius negationem, intelligi debere Virum perillustrem clarissimum, manifesto adparet ex eo, quod ipse dudum ante interpres illustris collegii, quod ornat, de hoc iure nostro respondens, illud ex ipsis nostris domesticis doctoribus adeo late finierit, ut dixerit, dari id *in casu, si ultimus feodi possessor sine descendientibus masculis deceperit*, quo ipso, et casum aperturae, et successionis ad agnatos deuolutae omnino comprehendit. Quae quidem qualiscunque nostra explicatio non displicebit Viro summo, quum ipsa, qua Tanti Nomini Virum colimus, reverentia, incitauit nos, haec, non Ipsius defensionis causa, quippe qua Eum plane non indigere probe intelligimus, sed ideo tantum adicere, ut hac ratione praecauere staderemus, ne quis forte, ut fieri interdum et maxime in iis solet, quae profiscuntur a viris, quorum fama celebratur per orbem, vel ineptiendo, vel cauillando detorqueret verba clarissimi Viri, iisque sensum, de quo ipse nunquam cogitauit, temere ad fingeret.

4) Agnato, ad quem morte vasalli, filiam fructuariam relinquentis, feodum deuoluitur, hoc ius singulare patrium omnino quid detrimenti adferre, in dubium sane vocari a nemine potest, nisi qui in errorem illum incidat, quo lapsus est **WESENBECIVS**, qui licet non leuis momenti vir sit in historia iuris feodalnis patriae (a), tamen ante forte  
vt

a) Nemo enim iurum patriae pertinet iuris feodalnis, quod conceperat **HVSANVS**, **WESENBECIO** transmisit, cuius

ut coniecit AVVS (b), quam ad singularem illam iuris nostri notitiam peruererit, hoc ius obtinere putauit et scripsit plane erronee (c), eo tantum casu, quando feodum ob stirpis masculinae et inuestitorum defectum, Principi aperiretur, non etiam, quando adhuc inuestitus supereffet. Quem quidem errorem quum dudum notauit AVVS (d), humaniter, ut par erat, tantum virum in iure plane singulari et proprio vnius tantum prouinciae eoque, nec in ea ipsa adeo certo, errantem excusans, nos tantum, sed eadem excusatione vtentes, addimus, MATTHIAM DE SCHVLENBURG (e) hoc itidem pro vero habuisse.

5.) Nam quum de iure communi feodali, vasallo non liceat deteriorem reddere conditionem feodi (a), deteriorem eam autem omnino facturus esset, dum pro lubitu caedere arbores grandiores vellet, quare etiam ipsa filia in feodium data ciuiliter vti debet vasallus, ne proprietas inde minuatur (b), dicendum omnino erit, secundum haec ipsius vasalli ius caedendi arbores grandes vendendi gratia ex Longobardorum institutis admodum restrictum esse. Et plane de iure Meclenburgico variis antea legibus prospectum erat, ne vasallus grandes arbores insigniore quantitate et numero caedere, nisi in ipsis feodi vtilitatem, posset, de quo supra diximus (c), et vberius quoque exposuit TORNOVIUS (d), cum LINDEMANNO, quem nominat.

cuius litterae huius rei gratia ad Ducem Serenissimum datae. a. d. 7. Ian. 1582. exstant apud Gerdesium Coll. 2. pag. 77, et in diff. quam AVO Praeside defendi, et pluries nominaui de Ictis extraneis in iure Mecl. errantibus, Sect.

3. §. 8. p. 38. fq.

b.) in diff. de filia nob. vñiffr. Meclenb. posit. 25. add. posit. 13.

c.) Vol. 1. Consil. 1. nr. 44. item nr. 55. 56. quae posteriora loca excerp-  
tū AVVS 1. c. §. 25.

d.) loco, quem modo diximus.

e.) in diff. de priuilegiis et praerogatiu-  
tivis nobilium mediatorum in Germania  
Gieffae 1733 habita Cap. 1. §. 13. pag.  
36. (edit. primac, quam diximus.)

a) II. F. 8. §. 1.

b) Vid. STRVY. Syntagma. iur. feod.  
c. 6. §. 9. nr. 2. p. 197.

c) Vid. supra ad §. III. n. 5. p. 39.

d) P. I. de feud. Meclenb. Cap. 2. S.  
2. §. 35. pag 227. fq. et P. 2. c. 5. S. 1.

§. 5. pag. 113. et §. 10. pag. 140 fq.

6) Hoc adparet ex ipsis verbis *Transactio[n]is prou.* quae dedimus supra (a), ex quibus perspicitur, plane nullam in iis fieri feminarum usufructuariarum mentionem.

7) Quam manifeste loquuntur Responsa veterum ICtorum patiorum ante ipsas reuersales data, quorum supra (a) exemplum ex anno 1602. allegauimus.

8) En verba art. XXVII. *Reuersal. de a. 1621.* *huc facientia:*  
*Doch sollen die Erbungfern die einhabenden Lehen weder ganz, noch zum Theil zu alieniren, zu veraeußern, oder auch zu deterioriren und zu verringern, und das harte Bau- und Mastholz weiter, dann zu des Lehn[scheinbaren Nutz und Frommen, zu verhauen, keinesweges bemaechtiget, oder dem Lehenfolger auf den einen oder andern Fall allen erweißlichen Schaden und Nachtheil zu erstatten, auch die Gebaeu unter Dach und Schwell in gutem Wesen zu erhalten, schuldig und verpflichtet seyn.* Quousque autem extendenda sit haec prohibitio, et quae nam arborum species sub genere designato des harten Bau- und Mast-Holzes comprehendantur, adeo expeditum non est. Certe quod ad abietes et fraxinos adtinet, contendentes inter se inuenio Iureconsultos patrios. *D. AVVS enim variis locis (a) abies et fraxinos ad siluam caeduam referri, et a filia usufructua-*

ad n. 6.

a) ad §. III. n. 5. pag. 38.

ad n. 7.

a) ad §. III. n. 5. lit. e, pag. 40.

ad n. 8.

a) Ita in Responso priuato a. d. 3. Ian. 1747. dato, et in *Iure Meclenb. illustr.* Cent. 4. iud. 6C. typis expresso, pag. 232. scribit: *Insonderheit wird auch*

*Cloquitur de Reuersalibus iura feminarum feodi usufructuarium determinantibus) wegen des barren Bau- und Mast-Holzes, zu welchem ersten wohl allerdings die Tannen und Eschen zu rechnen, Vorschrift gegeben.* In Responso autem eodem anno m. Martio dato ab ipso ICtorum Rostochiensium Ordine, non tantum illa a se scripta comprobata dicit in gener

H

## LVIII

fructuaria caedi posse negat. Contra vero *Excell. BALEKE* (b), feminis feoda vſusfructus iure possidentibus ius eas, quasi ad filiam caediam spe-  
ctantes, caedendi tribuit. Ex ipsis verbis virorum dissentientium, quae eam ob cauſam margini adſcripsi, adparet, in eo illos consentire, quod distin-  
ctio Romanorum in filiam caediam et non caediam fere conueniat cum  
noſtra des harten und weichen Holzes, dein quoque, vtrumque distinctio-

nic

*merci l. c. p. 231.* verum quoque ex eodem, quae hic spectant, excerptis in *diff. de pro-  
vid. publ. circa filias* §. 38. pag. 38. his  
verbis: Es ist ganz irrig, daß die Tan-  
nen der Discretiou der Erbiniugern un-  
terworfenen. Die Reverſalen reden vom  
deterioriren und verringern. — Kein  
hartes NB. Bau- und Maſt-Holz ver-  
hauen. Eichen und Buechen sind nun  
beides zugleich. Die Tannen und Eschen  
gehoeren allerdings zum erfstern. Sie  
wachsen nicht aus den abgebauenen  
Staemmen. Et addit: Tollantur ex ma-  
terie ad aedificandum abieres in his ter-  
ris, et ſine aedificationes forent ultra  
dimidium impeditae vel rariores. Inca-  
dem autem differt. §. 15. pag. 8. data  
ante in §. praeced. hac arborum caedua-  
rum finitione, quod fint, quae succiae  
zurſus ex stirpibus atque radicibus ad  
priſtinam formam renascuntur, ita men-  
tem explicat: Abieres et fraxini non fe-  
runt fructus comſibiles, et tamen illas  
annumeramus filiae non caeduae. Prae-  
flat, cum charactere dato, nempe ex stir-  
pibus et radicibus non renasci, feliciter

coniungere notionem des Bau-Holzes, ad-  
eo ut pariter respiciatur distinctio inter  
hart et weich Holz. Abietes, fiat ocul-  
laris inspectio, in aedificis, nauibus et  
aliis multas faciunt partes, pariter ac  
fraxini. Sunt quasi cedri Meclenbur-  
genſium.

b) in libello, quem ſaſe nominaui-  
mus Cap. 3. §. 6. pag. 43. vbi ita: Ich  
kann mich davon (*ſoil. de opinione avt.*  
cuius antea mentionem fecerat) nicht  
ueberzeugen, indem eines Theils nach  
dem gemeinen Redegebrauch nur Buechen  
und Eichen unter der harten Hoelzung  
verstanden zu werden pflegen, andern  
Theils der in dem Wiederanwachſe ver-  
muthlich bestehende Grund des Unter-  
ſcheides auch auf Eschen und Tannen geht,  
und danaechſt, in Betracht, daß einem  
Nießbrauchs-Inhaber ſonſten ueberhaupt  
nach gemeinen Rechten auch harte Hoel-  
zung zu verhauen freyſteht, nur daß es  
ein Wald bleibe BOEHMER introd. in  
ius Digest. Tit. de vſuſt. §. 7. lit. β. je-  
ne Einſchraenkungsworte der Reverſalen  
keine erweiternde Erklarung zulaffen.

nis characterem in modo, quo renascuntur arbores quaerere. Sed eate-  
nus eos dissentire video, quod *Excell. BALEKE* in eo subsistat, quod fa-  
cile et breui temporis spatio renascantur, arbores caeduae, *AVVS* vero, vt  
ex ipsis stirpibus radicibusque succisis renascantur, requirat. Sane si de Ro-  
manorum siluis caeduis differere placeret, facile esset demonstratu, sicuti  
nomen ipsum a caedendo desumutum indicat, eas fuisse, quae ex minoribus  
constant arboribus, quae singulis annis vel certis temporibus caedi solent,  
facileque et velociter, maxime ex stirpibus radicibusue renascuntur. Qua-  
re quae *CAIVS* (*c*) proponit, vt siluam caeduam describat, non videntur  
re ipsa discrepare, sed puto pro veterum in finiendo more, respiciendi in  
primis vocis originem, quam *ετυμον* Graeci vocant (*d*), maxime diffe-  
rentiam latere in duplicei vocis deriuatione, vtrum scilicet ideo caedua di-  
catnr, quia ad *caedendum* habetur, an ideo, quia *succisa* e stirpibus radici-  
busque renascitur. Quam ob rem *FORNERIVM* (*e*) non sequerer, qui  
putat duplicei significationem hic tradi, et priorem ita explicat, vt sit,  
*qua lignorum aut materiae caufsa caederetur*, quasi queuis silua, dum ad  
caedendum esset destinata, caedua inde dici posset. Quod non puto reci-  
piendum esse. Lignum enim ex silua caedua desumebatur, ex non caedua  
materia. Materiam enim a ligno perinde distinxisse veteres, vti nos hodie  
*Nutz* et *Brenn-Holz*, nemo ignorat, in libris nostris mediocriter versatus  
(*f*), quare et *cremiales* (*g*) vocantur, a *cremio*, arbores caeduae. Ita con-  
stanter

*c) in L. 30. D. de V. S.*

*d) de cuius recto usu et abusus elegans*

*est locus QVINCTILIANI Lib. I. insit. orat. c. 6. de posteriori varia ridicula exempla dedit passim GELLIVS VI. 12. X. 5. XII. 14. XIII. 10. et multa alia congregavit MENAGIVS in amoenitat. iur. ciu. c. 39.*

*e) ad Tit. de V. S. ad c. I. 30. pag.*

*m. 97.*

*f) Vid L. 12. pr. D. de usufr. et quemadmodum L. 55. pr. 56. D. de legat. III.*

*g) ita legendum est pro: gremiales, quod est in L. 7. §. 12. D. soluto ma- trium, ut recte obsernat, reiecta illa ina- ni, quam GODOFREDVS add. L. profert.*

stanter apud veteres siluae caeduae distinguuntur a proceri nemoribus (b), et constare illas exiguis illis parvulisque arboribus, quibus maxime id solet proprium esse, ut succisae renascantur ex stirpibus et radicibus, cuius generis nos dicere solemus *Buschwerch*, vel ex solo PLINIO veteribusque rei rusticae scriptoribus (i) disci potest. Nec refert, palos, pedamentaque in usum vinearum et hortorum ex silvis caeduis sumi. Hoc ipsum enim non efficit, ut ad materiam referri possint. Materiae enim ea

vis

deriuatione, quasi a gremio dictae sunt, quod gremio surculi, virgulae solent ad comburendum e silvis portari, WENBER in diff. de iure sibi habendi arboreis in fundis villaticis turbine dictatas §. 23. p. 46. licet ipsum non recte illud verbum a cremando deriuare existimem, quum potius illud sit a cremio. Cremia enim, ut COLVMELLA de R. R. XIII, 19, 3. auctor nobis est, sunt tenuia ligna, quibus fornacem incendebant. Sed quum haec cremia quoque sub nomine gremiorum in L. 54. §. 4. D. de Legat. III. occurrant, et frequens sit apud Romanos litterarum g. et c. permutatio, in primis que in Codice Florentino saepius g pro c ponatur, vti vel solius notissimi CAII ICti nomine doccamur, quod GAVVS semper in Florentino libro scribitur (Vid. HIERON. ALEANDRI Praef. ad CAII Inst. et IAC. OISELII Prolegom. ad easd. quae inuenies in SCHVLTINGII Iurisp. ante-Iust.) non multum intererit, que cremiales sive gremiales scribas le-

gasue, quamvis prius omnino rectius sit. Adparet enim, non duas voces hic occurrere, quarum altera pro altera sit substituta, sed unam eandemque vocem variis litteris scriptam, quod sane in multis aliis quoque euenit.

h) Quod melius non possum, quam PLINITI iunioris exemplo auctoritateque probare. Is enim Lib. V. epist. 6. in elegantissima et notissima Thusculanii sui descriptione inter alia haec habet: *Lata et diffusa planities montibus cingitur; Montes summae sui partes procula nemora et antiqua habent. Frequens ibi et varia venatio. Inde caeduae silvae cum ipso monte descendunt. Quid, quaeque, aut eleganter potest, aut aptius ad rem nostram dici?*

i) Docet hoc satis ratio, qua siluae caeduae mentio facta est a CATONE I, 7. et ex hoc a VARRONE I, 7, 9. item a COLVMELLA III, 3, 1. Spectat hoc quoque PLINITI locus qui Lib. XIII. iust. nat. c. 4. ubi de palmis differit, genera-

que

vis est, ut arte adhibita ex ea quid, quod variis vſibus inferiat, confici possit, eaque vtimur in primis ad aedificandum variaque ſupellec̄tilis genera conficienda, ſicuti et nos voces: *Nutz-* et *Bau-Holz* frequenter coniungere ſolemus. Quibus perſpectis, dubitandum non erit, quin et abietes et fraxini ſint ad ſluam non caeduam referendae. Sane enim non tantum eft apud CLAVDIVM poetam (k)

*altior at cunctis abies, umbrosaque late  
et apud VIRGILIVM (l)*

*abies in montibus altis,  
quos montes altos ſcīt quilibet eſſe nemorum proprios (m), quin ad nemora diſerte eam refert idem poeta, dum canit (n)*

*vndique colles  
Inclusere caui, et nigra nemus abiete cingunt.*

verum

que earum plura dicit, et prima ait frumentum non excedentia. Mox de arboribus differit, tum post aliquod internullum addit: *Sunt et caeduae palmarum quoque ſluac, germinantes rursus ab radice ſuccifae.* Adde si lubet PLIN. XVII, 13. vbi de arboribus citius et velociter crescentibus latius exponit, et quae XVI, 20. de variis caeduis arboribus profert, vbi in fine quidem fraxinum inter caedus nominat, quod tamen facile conciliare et explicare poteris, si conferas quae XVI, 13. de duplice fraxinorum genere dixit, et hodie quoque vulgo nota ſunt.

k) de Raptu Proſerp. II, 107. ad quod poema docte nuper commentatus eft V.

CL. BERNH. GEORG. WALCHIVS plurimumque exſpectationem fecit in vberioris commentary de Claudiani carmine de R. P. inſcripto Specimine Goettin-gae in 4. 1770 edito.

1) Bucol. Ecl. VII. 66.

m) Quare colvella II, 2. init. Probauerunt, ait, maxime montem non sub membra asperum, ſed nemoratum et berbidum. Hinc clamor montium et ſluarum apud HORAT. Carm. III, 29, 38. Hique fūnt montes vefiti et ſiluſtres apud CICERON. de Nat. Deor. II. 53. f. 132. vefitusque deniffimi montium ibid c. 64. S. 161. Adde, ſi lubet, PLINI locum, quem dedimus ſupra ſub lit b.

n) Anaeid. VIII, 598.

Verum quoque abietem *expeditam nauigii* esse a PLINIO (o) accepi-  
mus, et pertinet hoc VIRGILII (p)

casus abies visura marinos.

Ita PALLADIVS, vbi de materie caedenda agit (q), ante omnia abietis  
mentionem facit, quam *gallicam* vocari dicit, eamque describit *leuem rigi-  
dam et in operibus fiscis perenne durabilem*. Qua descriptione nihil potest  
aptius, nec quod magis nostris abietibus conueniat inueniri. De fraxino  
autem ad hoc genus referenda, ne longiores simus, nil immorabitur ad-  
pellationibus illis, quibus VIRGILIVS eam ornat, dum *ingentem eam  
vocat* (r), et *in suis pulcherrimam* (s), nec HORATIVM audiemus ex-  
clamantem: (t)

— — — *O Naiadum potens  
Bacharumque valentium*

*Proceras manibus vertere fraxinos,*

sola PLINI voce contenti, qui postquam de aliis arboribus exposuit, ita  
pergit, *Materiae*, inquiens (v), *cauffare reliquas arbores natura genuit, co-  
pissimumque fraxinum*. *Procula haec ac teres, pennata et ipsa folio,  
multumque Homeri praeconio et Achillis hasta nobilitata*. *Materies est  
ad plurima utilis*. Sed ita, dicet quis, apud Romanos —. At quum  
et nos similem, vt diximus, habeamus distinctionem, eaque omnia ex ipsa  
natura harum arborum profisciscantur, haec ipsa Romanorum testimonia  
multum omnino ad rem nostram facere videntur. Sed ne quis de vsu lo-  
quendi hodierno et nostro dubitet, adiiciamus de eodem testimonium artis  
periti. Quaesuit enim PRAESES scriptis hanc ob rem codicillis ad  
SCHOLYSTERVM, honestissimum virum, qui Buetzouii habet superiorem  
rei

o) Lib. II. hist. nat. c. 10.

r) Georg. II. 65. 66.

p) Georg. II. 68.

s) Bucol. Ecl. VII. 65.

q) de R. R. in Nouembre Tit. 15.

t) Carmin. III. 25. 14.

v) Lib. XVI. hist. nat. c. 13, init.

rei forestalis curam et inspectionem : Quercusne et fagi tantum, an abietes quoque et fraxini sub germanica denominatione *des harten Holzes*, continentur ? et quis sit vtriusque generis *des harten und weichen Holtzes*, verus constansque character, ex quo certo diiudicari possit, ad quodnam genus quaevis arborum species et forma referenda sit ? Ad quas quidem quaestiones, quas dedit vir humanissimus, responsiones exhibebimus ipsa, qua scripsit, vernacula lingua, ne qua in re dubitatio oriatur. Zu der harten Hoelzung gehoeren 1) vornehmlich die Laubhoelzer, als besonders Eichen, Roth- und Weiß-Buechen, auch Zaehe-Eschen. 2) Unter dem Nadelholze gehoeren dazu Tannen, Fichten, Grehnen oder Lerchen-Baeume. Diese Art harter Hoelzung wird deshalb also genannt, weil solches zum Bau- und Nutz-Holze dauerhaft und brauchbar vor andern ist, und hieraus beurtheilet man diese Gattungen. Zu der weichen Hoelzung gehoeren Ellern, Bircken, Weiden, Haseln und dergleichen. Weil dieser Art Hoelzer vor andern schnell und geschwinder, sowohl aus dem abgehauenen Stamm, als auch sonst wachsen, dabej aber nicht dauerhaft und fest sind, werden sie mit dem Namen der Weichen Hoelzung belegt. Ex his ergo iudicent Lectores, pro quo et contra quem controuersia decidenda sit. Ultimum certe, quod pro sua sententia *Excel- lentiſſ. BALEKE* adiecit argumentum, de vſufructuario secundum ius romanum, defumtum, facilius iam, si quid video, vincendum erit. Primum enim nec ipſi iuri Romano id conuenire puto, vt vſufructarius possit ex filia non caedua arbores vendendi gratia caedere, de qua re et supra diximus (x), et dicemus infra (y) pluribus. Dein vero quid valere poterit ius Romanum contra legem domesticam ? Porro, quum sub ipsa denominatione *des harten Holzes* abies quoque et fraxini comprehenduntur, non sit interpretando extensio, dum has quoque caedere prohibitas diciimus feminas fructuarias. Denique vereor, ne inter se pugnare videantur

(x) ad §. IIII. nr. 7. 8. pag. 47.

(y) ad §. VII. n. 5.

tur, quae, ut supra diximus, antea Vir Excellentissimus de iure feminarum fructuarium interpretatione non ampliando elegantissime docuit, et haec, quae iam dicit de restringendis iis, quae feminis fructuaris interdicta sunt. Nonne enim, qui extenuat ea, quae facere prohibentur filiae fructariae, hoc ipso interpretatione eas iuuat, eaque, quae permissa iis sunt, ampliat atque extendit?

9.) Firmatum esse in *Transactione provinciali* non tantum in genere tenorem *Reuersalium* de a. 1572 et 1621. (a) verum quoque in specie omnia ea, quae in iis de re feodali disponuntur, cum expressa huius quoque articuli XXVII nominatione (b) supra iam est a nobis observatum (c).

10.) Quanti Serenissimi Domini Directi intersit, ne femina fructuaria arbores grandes caedat, non tantum si feodium ipsi apertum, et consolidatione facta ad ipsum reuersum sit, verum quoque si agnati supersint, qui in feodium succedant, satis adparet, quum omnis feodi deterioratio, ad quam procul dubio pertinet arborum grandium in fundo natarum diminutio, in detrimentum ipsius cedat. Si quis autem forte obiciat, Serenissimi Principis, qui semel permisit, quotannis certam lege definitam quantitatem arborum vendendi gratia in feodis caedi, interesse non posse, vasallus feodi possessor, an femina, vusufructus iure feodium possidens, eas arbores caedat, haud difficulter perspicitur, nullam plane huic argumento vim inesse, quum satis adpareat, peti eodem id, ut aiunt, quod est in principio, seu de quo controversia est. Quousque enim Princeps, quod ipsis vasallis concessit, non expresse quoque ad filias vusufructuarias extendit, hasque eodem priuilegio ornat, quo illos auxit, dici non potest, cum simpliciter concessisse, ut quotannis tot arbores, quot lex definiuit, in feodis caedantur, sed potius eum hoc iuris vasallis tantum dedisse. Quare sane intelligitur,

a) §. 3.

b) §. 434.

c) ad §. 111, n. 2. pag. 36.

gitur, in detrimentum principis facturum esse interpretem, qui quod ille vasallis tantum permisit, interpretationis extendentis auxilio ad feminas fructuarias transferre vellet.

xx) Quantum agnatis officeretur, si feminae fructuariae possent quotannis quantitateim quericum fagorumque lege nostra comprehensam vendendi gratia caedere, quilibet vel me non monente adeo clare perspicit, ut oleum et operam perditurus essem, qui pluribus hoc demonstrare allaborarem. Quamvis enim omnino concedendum non sit, ut agnatus successor, finito vſufructu filiae vltimi possessoris, tot quercus fagisque absque speciali consensu simul caedat, quot successione per annos vſuſructus, si ipſe feodum possedisset, caedere potuifset, quum hac ratione insigniter deuastaretur silua, quae sensim minutis eidem particulis demitis succrescit, ideoque plane hoc in fraudem legis fieret, quae quod quotannis sensim paullatimque absque insigni detimento siluae fieri concedit, non simul cum deuastatione ipsius siluae fieri permittit, quod clare demonstrat edictum de d. 24. Febr. 1750, tamen satis adparet, femina vſuſructuaria hoc ius exercente amittere illum, quod amissurus non erat, si ista hoc iure excluderetur, ideoque praeripi ipſi occasionem, deinceps, si e re sua videret, maiorem quantitatē caedere, huius rei cauſa consensum impetrandi. Sed et de eo curatius quaeri potest, an et quatenus agnatus successor durante vſuſructu filiae vltimi possessoris arbores caedere possit in feodo? Negant id D. AVVS et *Excellentissimus BALEKE* (a), vterque ex ea ratione, quia hoc fieret in detrimentum ipsius feminae vſuſructuariae, quae hac ratione ex arboribus caefis perditura effet fagationis commodum. Ex quibus conficitur, prium, si permittente femina vſuſructuaria id fiat, nihil obſtare, quominus successor agnatus caedat, non requirito Domini consensu. Nam licet alias successor iure suo de feodo disponen-

di

a) in locis, quae supra iam exscripſimus ad §. IIII, nr. 4, lir. a. et b. pag. 37. sq.

di uti nequeat, durante vſufructu, tamen filia huic iuri, vel plene, vel in tantum renuncians, non quidem in ipsum transfert ius hoc caedendi arbores, quippe quo ipsa non gaudet, attamen efficit, vt cesseat impedimentum, quod exercitio huius iuris obstabat, nec Domino ius contradicendi erit, quoisque vasallus adeſt, qui eodem uti poffit, fide ipfe poffideat, fide femina vſufructuaria, vt hoc iure utatur, permittat. Dein quod ad arbores demortuas, aut steriles frugesque non ferentes spectat, non dubito, quin eas intra numerum praescriptum itidem agnatus caedere vendendi gratia poffit. Quod si vero arbores demortuae vitio suo vel leui aeris vi prostratae et fractae sint, in fructu omnino eas esse censeo, nec feminae fructuariae inuidendas (*b*). Sed si viuiae et fanae vi ventorum et turbine deiectae sint, de quibus alia ratione multus est doctortum diffensus (*c*), nihil tamen videtur aequitati et iuris rationi conuenientius in hac, quam nunc tractamus, quaefitione, quam ut agnato successori, quippe vero vafallo et domino utili, eas tribuamus (*d*). Denique in hanc quaefitionem quoque influit, quod quaeſiuimus supra de abietibus et fraxinis. Has enim arborum species, si habentur pro non caeduis, dicendum erit, quantum illae sine detimento feminae vſufructuariae auferri possunt, caedendi ius competere agnato successori, et singulas quidem absque requisitione consensus domini, integrum autem quantitatem non nisi consentiente Domino, fin vero ad caedias eas referre placet, vſufructuariae dandum erit, vt modice eas caedat, ut bonus patersfamilias solet, et ita ut maneat.

filia

*b)* Quod naturali rationi vſufructus conuenire mecum iudicarunt veteres Romanii Vid. L. 18. D. de vſufr. et quemadmodum neque id puto a naturali ratione alicunum, vt in locum arborum demortuarum alias substituat femina fructuaria. Vid. WEHBER diff. intaug. de iure sibi babendi arbores in fundis villatis-

*cis turbine deiectas.* §. 26.

*c)* de quo multis nominauit scriptores WEHBER l. c. §. 27. not. a, b, c. pag. 54.

*d)* Vid. L. 12. L. 19. §. 1. D. de vſufr. add. a vi diff. 1. de prouid. publ. circa ſitu. §. 38. et omnino Consultar. Gryphic. Resp. 49. per tet.

filia. Sed prius illud magis placet, secundum ea, quae hac de re disputauimus.

12.) Hic fons est haecque caussa multarum controuersiarum et litium, quibus olim de hoc iure eiusque finibus regundis disceptabatur, prout testantur *Reuersales de a. 1621. art. XXVII.* his verbis: *Weil auch wegen der Erb-Jungfern, und wie weit sich derselben Priuilegium erstrecket, eine Zeitheroviell Streit und Irrungen fuergegangen, als haben Wir auf Unser getreuen Ritterschaft selbst eigen unternhaeniges Gutachten die Sachen dahin verabscheidet, daß etc.* Ex his probe perpensis adparebit, quare in hoc articulo semper fere agnatorum in oppositione ad feminam vſufructuariam, mentio facta sit, quod facile poterat quem, in primis extraneum, in eam inducere opinionem, quasi hoc ius tantum in casu deuolutae ad agnatos successionis, non vero in casu aperturae Domino factae, locum inueniret, nisi in una specie (a) proposita dominus quoque directus nominatus esset. Quod facile quilibet intelliget, ex eo factum esse, quod ordo eques tris tantummodo de finiendis controuersiis inter successorem agnatum et feminam vſufructuariam, de quibus tum agebatur, sollicitus fuerit. *Quam studiose enim cauerit ordo iste, ne quo casu filia hoc iure plane excidat, ex verbis finalibus intelligitur (b).* Curatius vero inspicienti decisiones, quae in hoc articulo continentur, ipsaque verba ponderanti, satis adparebit, omnia fere tendere ad restrin-

a) illa scilicet, vbi de parte vſufructus inter plures forores diuisi, mortua vna, ad agnatos vel Dominum pertinente agitur, verbis: *der verstorbenen Anteil auf die naechsten Agnaten und Lebentraeger, oder an Uns den Leben-Herrn, nach gestalten Sachen, respective verftammen und fallen soll.*

b) vbi disponitur, hoc ius quoque ad filias eorum pertinere debere, qui extra patriam domicilium habent constitutum. *Plane conuenienter veteri consuetudini, licet non plane certae. Vid. Resp. nobil. ad quæst. 5. D. VLRICIDUCIS apud GERDES p. 84. sq.*

## LXVIII

restringendum hoc ius, eumque in modum circumscribendum, ut ne in detrimentum agnatorum id extendatur. Quod si vis specialibus exemplis illustrari, prouoco ad ea, quae de restituendis ad dimidiā partem impensis, quibus ab ipsa fructuaria melior facta est fundi feodalis conditio, cauta ibi sunt, de qua re conferri meretur ICtorum patriorum diligentia (c). Sed ne vnicum hoc sit exemplum, iungo aliud, quod praebent mihi ea, quae de exstructione nouarum aedium ibi disposita sunt. Noua enim aedificia absque praescitu agnati successoris exstruere hic plane prohibetur femina fructuaria (d), quod tamen eidem diserte permiserat HVSANVS in suo periculo iuris feodalis (e). Sed et istorum temporum remotiorum incertitudo circa huius iuris usum ex quaestionebus a D. VL RICO Duce non nullis ex equestri ordine propositis (f) satis superque adparet, in primis que docet responsio ad quaestione quartam data, quam maxime agnatos huic iuri insidiosos esse (g). Sed quid opus est tot testimonii ex variis

argu-

c) Vid. ENGELBRECHT, respondentie DE BERNSTORFF, de singulareb. Feudor. Mecl. iurib. Seçt. 2. §. 22. pag. 67. et quae ibi nominatur diff. RIVELLERO LAVTZOWIANA de virg. nob. Mecl. c. 2. nr. 72. Add. TORNOVIVS de feud. Mecl. P. I. c. 2. S. 2. §. 30. p. 220 pag. et, quem instar omnium in hac materia consulere licet, Excell. BENEKE in sing. libro saepe laudato Cap. VII §. 1. — 8.

d) Es soll aber die Erb-Jungfer gar keine neuen Gebaeu, ohne Vorwissen der Lehnshoer, anzurichten bemächtiget, oder dafuer keine Wiedervergeltung gewaertig seyn. Sunt ipsa verba Reuersalium.

e) His verbis: Sie moegen auch wohl in ihrem vaeterlichen Lebnguth neue Baue- und Vieh-Hoefe, Schaesereyen, Ackerwerk, Muehlen und dergleichen Nutzbarkeit (doch ohne Schwerung des Leben-Guths) anrichten. Ita in c. XVII. apud GERDES p. 43.

f) Quas inuenies apud GERDES. pag. 80. inter quas quaest. 3 — 7 spectant ad hoc ius usufructuarium.

g) vbi hacc: Wir gedenken Faelle, da eine Schwester der andern succedit, gedecken auch Faelle, da sich die anwrende Agnaten, des erledigten Lebns auf solchen Fall angemaasset, vnd dasselbige eingenommen haben. Quae quidem verba

argumentis collectis? Ipse ordo equestris enim palam et diserte declaravit (<sup>b</sup>), esse hoc ius magis coarctandum in fauorem agnatorum, quam in ipsorum detrimentum extendendum.

13) Quid enim quaeſo retineret feminam vſuſructuariam hoc iure ipſi dato, quo minus quam strenue illud exerceret, non tantum quotannis caedendo numerum lege definitum, verum quoque feligendo arbores, quas inuenire posſet, optimas, quippe plurimum vendendas, hacque ratione et ſibi et heredibus ſuis proſpiceret? quum contra vasallus, qui et proprietate fundi ex parte gaudet, et eum ad heredes transmittit, ſi viderit tantam arborum copiam in praedio non eſſe, vt quotannis illa ſine inſigni feodi detrimento tanto numero minni poſſit, non adeo facile hoc iure, licet poſſit, vſurſ fit, ne re ſua abutit, heredibusque nocere videatur, in ſelectu quoque arborum caedendarum non praefens tantum lucrum, ſed et futurum ſibi ſuisque obueniens damnum inſpecturus et curaturus.

14)

ba occationem præbent, quaerendi: An pluribus existentibus fructuariis feminis, morientium ius ad superfites transferatur iure ſucceſſionis? Id quod negandum quilibet nobiscum dixerit, qui curate inſpexerit Reuerſalium de hac re diſpoſitionem, quippe quae plurimum feminarum in vſuſructu hoc ſucceſſionem plane excludere videtur, ſolo iure adcreſcendi tantum admisſo.

<sup>a)</sup> in notis ad Cothmanniani Peri-  
culi Tit. 7. art. 19. apud TORN. P.  
I. pag. 89. vbi haec; auch ohnedem die

Gerechtigkeit der Erb-Jungfrauen, als nur eine Begnadigung und Priuilegium, nicht zu weit in detrimentum familie et agnatorum zu extendiren. Ita quoque confilium archivius Ordinum provincialium in Arteſato, quod dedit. d. 23. Febr. a. 1760. ſuper quaefione ad hoc ius fructuarium ſpectante, quarto loco poſito inter adiuncta der kurzen Beleuchtung des Zuruf's: an das Publicum ibique pag. 5. haec ſcripit: das Erb-Jungfern-Recht, welches ohnedem ein ius singulare, binc inde strictissimam interpretationem habens, ist und bleibt etc.

14) Quippe quum, feminae vſufructuariae tribuere ius vendendi cauſſa caedendi arbores grandiores, tam vſuſructus naturae repugnare, quam conſuetudini ipſique legi ſcriptae contrariari, in ſuperioribus ſatis nos oſtendiffe putamus, dubitari quoque non poterit, illam omnino de caeden- di huiusmodi arboribus conſenſum domini petere non poſſe, quippe quae petiſio ſupponit, petentem quid facturum, ad quo d'ipſi ius competit. Caeterum ſi de conſenſu loqueris, quo extra ordinem ius, quod alias non competit, feminae conceditur, non de ordinario conſenſu, fed de singulari iure con- concedendo fermo erit, quod ipſum tamen abſque agnatorum conſenſu non proceſſeret. Sed et alii hoc loco occurrendum erit obiectioni, qua quis in nos vti poſſet, quaſi adeo inauditum et ab omni iuriſ ratione alienum non eſſet, quam quidem nos diximus, vt femina vſuſructuaria peteret domini conſenſum, quum ipſe a v v s hanc legem rogauerit ſuaeritque (a): *Bey andringenden Creditoribus ſollen ſie (die Erbungfern) mit Rath und Beyſtand des Lehnſfolgers, Ceſſionarios ſuchen, auch wohl auf gnaedig- te Conceſſion einziger Veraeußerungen des Holzes, und ſonſige expedien- tia antragen.* Sed quis non videt, sermonem hic non eſſe de vendendi arboribns in vtilitatem feminae vſuſructuariae, vthae c preium inde conſequa- tur, fed in ipsius feodi ſuccesſorumque feodalium commodum, licet et ipſa per conſequentiā inde vtilitatem obtineat (b). Neque in hac ipſa ſpecie proposita femina fructuaria vendere arbores, dici poſteſt, licet conſenſu eius in venditionem omnino opus fit. Quare, ſi quid ſentiam, aperte di- cendum eſt, ne in hac ſpecie quidem proposita puto feminae imponen- dum eſſe, aut ſatis apte imponi poſſe, vt conſenſum Domini petat de

hiſ

a) in Periculo ſuo Iuriſ ſeod. Mec- Mecl. P. I. c. 2. S. 2. §. 37. pag. 231- lenb. Tif. 13. pag. 111. nr. VII. Jure Mecl. illuſtr. Cent. 4. Iud. 60. pag.

b) Conferri merentur quae ad hanc 233. AVI diff. de filia nob. vſuſruct- rem facientia inueniuntur in diſſert. Meclenb. poſit. 21. et Excell. BALKII MELLEROLAVTZOWIANA c. 2. nr. libello vom Erb-I. R. Cap. 4. §. 9. pag. 68. ſqq. TORNOVII Tract. de feud. 61. ſq.

his, quae scripsit D. AVVS, quin potius sufficere existimō, vt consen-  
sum suum agnato declaret, isque, dum petit Domini directi consensum,  
hoc doceat, ideoque monstret, petenti ipsi ex parte feminae fructuariae  
nihil obstat. Neque pluris in me valere videntur, quae itidem scripsit  
AVVS (c): *Wegen der Glashuetten behalten Wir gleich in andern  
Holzfaellungs-Erlaubnissen die Ertheilung Unsers Consensus nach Be-  
finden bevor.* Sunt enim haec verba adeo generalia, vt facile adpareat,  
hac ratione voluisse auctorem iis speciebus prospicere, in quibus fieri  
posset, vt, non femina, quasi iure suo vtens, concessionem consensus de  
vendendis in sui solius utilitatem arboribus, sed ipsi agnati petant, qui  
hac ratione feodo et sibimet ipsis prospici current,

15) Quam quidem adserionem nostram in gratiam eorum, si  
qui sunt, qui magis auctoritatibus aliorum, quam ipsis rerum argumentis  
mouentur, firmare etiam nos posse ICTorum patriorum testimoniois, ex su-  
pra allatis nominibus AVI, *Excellent. BALKI*, *Consultissimorum*  
*ROENNBERGII et BOLTII, PRAESIDIS*, ipsisusque integri adeo ICTo-  
rum ordinis in ALMA FRIDERICIANA (a) satis superque constat.  
Addamus quoque, ne aliquod genus illustrationis desit, simile exemplum,  
quo ex iis, quae in ipsorum agnatorum fauorem disposita sunt, non posse  
quid in gratiam seminarum usufructuarium cogi, clarissime adpareret. Sub-  
ministravit mihi autem hoc exemplum a renunciatione iuris venandi de-  
sumtum, sollertiafissima *Excellentissimi BALKI* diligentia (b), qui more  
suo, id est, docte et peracute docet, quae in *Transactione provinciali* (c)  
disposita sunt, ne si quis feodi possessor iuri venandi renunciauerit, id  
frandi sit agnato, ad quem postea feodum deuoluitur, non posse recte

c) ibi, vbi mox pag. 113. nr. XV.

b) Vid, laudatissimum eius libellum

a) Vid, quae scripsimus supra ad §. de hoc iure Cap. 5. §. 15. pag. 71.

III. n. 3, et 4. lit. a, b, c, pag. 36. §.

c) §. 302.

ad feminam vſuſfructuariam transferri, quippe ad quam, tanquam hereditatem patris, transit quoque obligatio ex renunciatione eius oriunda, abstinendi ab omni venatione.

## §. VI.

## ARGUMENTA IN CONTRARIAM

## PARTEM.

Sed videamus quoque, vt erat propositum, quae contra disputari possunt. Primum autem inter ea, quae in contrariam partem dici possint, iis, quae de vſuſfructus notione differuimus, haec opponi posse videmus. Etiamſi quis daret, esse ea, quae ſupra a nobis de vſuſfructu eiusque limitibus prolata ſunt, rei naturae plane conuenientia, ipsique iuri Romano conſona, attamen, ſicuti plane incongruum foret, in re, quae patria instituta concernit, Romanisque plane ignota eſt, ad Romanorum legum ationem confugere, quid Quirites in comitiis iuſſerint quaerere, Praetorem adire iudicemue aut arbitrum honorarium ex formula concepta, aut ex aequo et bono, quod ipſi pro Latii more videretur, ſententiam ferrentem <sup>1)</sup>, ita nec vnicē et fidenter eſſe rei naturae inhaerendum, quippe cui non in totum ſeruant leges ex arbitrio hominum profeſtae, idque ineptiſſime fieri, vbi de vſuſfructu quaeritur ex iure germanico metiendo, ideoque quium certum fit vſumfructum de iure germanico fines ordinarios adeo egredi, et tam late patere, vt ipsum, quod dicunt, dominium vtile complectatur <sup>2)</sup>, hunc quoque vſumfructum legitimum

gitimum ex patriis moribus proficiscentem, omnino eo vsque extendendum esse, vt ad ipsos dominii vtilis fines pertingat 3). Dein, si vel maxime luberet in vſusfructus limitibus ex iuris Romani placitis finitis subsistere, tamen filiabus fructuariis dandum fore, quod nos iisdem denegaremus, quum et ipsum ius Romanum vſufructuariis concedat, caedere arbores ex silua etiam non caedua 4), et etiamsi id non daret, tamen secundum eius rationem patriis moribus accommodata, inuidendum non esse feminae fructuariae ius illud, quod est in §. 307. *Transactionis prouincialis* constitutum, quippe quum hac ipsa lege efficiatur, vt reditus, qui ex venditione duodecim quercuum et quinquaginta fagorum quotannis obueniunt, ad fructus ciuiles ordinarios fundi referri debeant, quos percipere iure suo fructuarius potest 5). Porro de eo minus dubitari posse, vel hac sola ratione, quod secundum instituta domesitica filia eodem modo, quo pater ipsius, possit fundo vti frui, ideoque ius filiae percipiendi emolumenta ex feodo metendum sit ex eo, quod patrilicit 6). Denique tantum abesse, vt verba transactionis prouincialis, quibus nouum hoc ius constituitur, filiabus fructuariis obstent, vt potius haec easdem mirum in modum iuuent. Quamuis enim diserte filiarum mentionem non faciant, quippe quo facto nulla foret de hac re contentio, tacite tamen id iis inesse, quum in rem concepta sint, ideoque de quo quis possidente, non inspecto iure, quo possideat, sine omni extensione intelligenda, minime contra rationem priuilegiorum, quae plenissime sint interpretanda, ad solos vasallos, quorum itidem mentio expresse facta non est, restringenda.

LXXXIII

1) Quod quidem tam clamati iuris est, ut post ea, quae  
hac de re docuerunt viri de patriis institutis insigniter meriti, quorum  
nomina sunt ipsae laudes, IOANNES GOTTFRIED BAVER (*b*),  
CASPAR HENRICVS HORN (*c*), CASPAR VITRVVIVS (*d*), ipsi-  
que patrii ICti, inter quos merito suo primo loco nominandus IOA-  
CHIMVS ERNESTVS DE WESTPHAL (*e*), et qui huic sola aetate  
secundus est, ipsius ex sorore nepos S. V. et Perill. DREYER (*f*), item  
*Conjunctissimus* IOACHIMVS LVCAS STEIN (*g*), et, qui his nuper  
adcessit, patriamque Academiam ornat, *illustris* GUILIELMVS AVG-  
STVS RVDLOFF (*h*), paternae laudis aemulus, id denuo dicere, su-  
perfluum, de eodem vero dubitare, plane ineptum foret. In primis  
autem non esse ius seminarum nostrarum fructuarium ex usufructu Ro-  
mano

a) in elegantissima *prolusione*, qua  
follempnia inauguralia HAVWELMEYE-  
R. I Goettingae 1747. indixit.

b) in progr. de iure german. regula-  
riter attendendo, antequam vel ius Ca-  
non. vel ius Roman. vel ius feudale Lon-  
gobardicum locum inueniat. Lips. 1742.

c) in differr. de praerogativa morum  
Germaniae in concursu cum legibus re-  
cepitis Vitеб. 1702. recusa quoque est  
in ZANGERI et aliorum de except. et  
replicat. opusculis pag. 535. sqq.

d) in der Erleuterung von dem Vor-  
zug des Deutschen Rechts vor dem Roe-  
mischen, Greifsw. 1751.

e) Multis locis, veluti, in diff. de  
distincta practica ratione in iure priuato  
Romano-Germanico, Rost. 1724. §. 31.  
de iuriis Rom. indole et obligandi diuersa

ratione ac dignit. in foris apud Roma-  
nos et German. Rost. 1725. in Medi-  
rat. de iuriis Rom. distinctae tractationis  
origine, ratione et fructu in theoria et  
praxi, quae praemissa est orationibus  
Chemnitianis Sund. et Lipsiae. 1726.  
editis.

f) in praestantissimo libello de riu-  
genuino iuriis Anglo-Saxon. in explican-  
do iure Cimbrico et Saxou. pag. 20. sq.

g) in differr. inaug. an et quatenus  
iuri Romano competat praerogativa  
prae veteri iure Germ. in decidendis  
controversiis judicialibus Cap. 3. §. 56.  
pag. 55.

h) in egregia Commentatione de iure  
Germanico iusta methodo tractando,  
quam Goett. 1767. edidit §. 22. sqq.

mano diiudicandum, toties inculcatum est ab AVO (*i*), MOELLERO (*k*), Excellentissimo BALKIO (*l*), vt caecutire aut infanire deberet, qui nihilominus hoc scopolio offenderetur.

2.) Hanc esse naturam vſuſructus germanici, multis argumentis docuerunt GEORG. BEYER (*a*), et IOAN. SCHILTERVS (*b*), quorum hic in eo ponit differentiam vſuſructus germanici et romani, quod iste plus de dominii natura participet, scilicet ius habendi ſibi rem vſuſructuariam, ſeu potius communem, eumque conuenire dicit cum dominio ciuili, quod Romani tribuant marito in dotem, quin diſerte hunc vſumfructum dicit (*e*) ſpeciem eſſe dominii utiles, docetque ex MARCVLPHO (*d*), dominii vocabulo veteres in formulis etiam vſuſructus ecclesiastici non abſtinuerūſſe, quod magis firmabitur, ſi addere placet, quae de huius generis vſuſructu in precariis, quas vocabant, ſeu praefataris latente, earumque origine eleganter et docte, vti ſolet, diſputauit Vir immortalis memoriae D. IVST. HENN. BOEHMER (*e*), cui eſt singularis haec felicitas diuina prouidentia confeſſa, vt, quam per orbem celebrauit nominis gloriam, ea non filiis tantum, ſed iam etiam nepotibus paternaе auitaeque laudis aemulis maxime illuſtretur,

et

*i)* in diff. de filia nob. vſuſr., Mecl. pos. 7. et 9. in iure Meclenburg, illuſtr. Cent. 4. iud. 60. p. 232. et alibi paſſim.

*b)* in praxi iuriſ Rom, in for. Germ. Exercit. 17. §. 19.

*c)* ibid. §. 20.

*d)* Formul. 23. vbi haec: propterea has litteras in Te adſirmauiimus, ve- dum adiuuiis, vſualiter ipsam rem tenere et dominare debeas.

*e)* in praefatissimi operis, quod iurec- clesiasticum protestantium inscripsit, Tom. II. Lib. III. Tit. 14. §. 2. ſqq. pag. 741. ſqq.

*a)* Qui in delinear. iuriſ germanici caput 10. inſcripsit: de vſuſructu genitium germanicarum cum dominio utile plane conuenienti.

et ad instar radiorum solis multiplicato lumine splendet. Quin etiam ius alienandi, nisi pacto illud admitemtum esset, vſuſructuarii de iure Germanico competuisse ex ſpeculo Sueuico (f) BEYERVS et SCHILTE- RVS (b) demonstrant. Eaque omnia tribuunt viduae in dotalitum, quod veteres dixerunt *Lidolaip* (i), quaſi diceres *Leihe zu Leib* (k). Quin ipſum illud dominium vtile, quod vasallis in feodum competit, nihil aliud, quam vſumfructum huiuscemodi eſſe, ex fragmentis noſtris conſuetudinum feodalium Longobardicarum diſtincte adparet. Ita enim ſcripsit OBERTVS DE ORTO filio ſuo ANSELMO (l): *Huius autem generis (beneficii ſcilicet, quod paullo ante ipſis SENECAE (m) verbiſ definiuerat) ſpecies quaedam eſt, beneficium illud, quod ex beniuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatae penes dantem remaneat, vſuſructus vero illius rei ita ad adcipientem tranfeat, vt ad eum heredesque fuos masculos, ſive feminas, ſi de his nominatiū dictum fit, in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ille, et ſui heredes fideiter domino feruant. Ideoque vasallo poſſeffio quidem tribuitur, ſed proprietas ad alium ſpectans ipſi plane denegatur (n).* Quare nec no- uum illud eſt, eruditissimos et celebratissimos ICtos, inter quos folos SENCKENBERGIVM (o), et HOMMELIVM (p), at quanta no- mina

f) Vterque tam BEYERVS quam SCHILTERVS nominant Cap. 49. §. 4. Sed neſcio cuiusnam exempli. Refpexe- runt procul dubio illum locum, qui eſt in SENCKENBERGII corp. iur. germ. Tom. II. caput 305. ſub nr. IV. §. 19. quod caput apud GOLDASTI. eſt 301. et apud SCHILTERVM c. 33.

g) loco, quem dixi, §. 26.

h) loco, quem dixi, §. 20.

i) uti eſt in Legibus ROTHARIS cap.

173. quod eſt Legum Longobardicar. Lib. II. Tit. XV. §. 2. apud GEORGISCH in corp. iur. Germ. pag. 974.

k) BEYER l. c. §. 25. HEINECC. Elem. iur. germ. Tom. I. Lib. II. Tit. 2. §. 37.

l) II. F. 23. in fine.  
m) de Benefic. L. I. c. 6.  
n) II. F. 8. §. 2.  
o) in program. de dinif. fructuum anni

mina! nominasse sufficit, reiectis illis ineptis et inconcinnis dominii directi et utilis vocabulis, domino feodi, quem directum dicere solent, simpliciter dominium, vasallo autem vsumfructum tribuere.

3) Quam in rem poterat quis ad **HVSANVM** nostrum patrum Ictum, quasi testem prouocare, qui in Cap. I. *Periculi sui iuris feodalis Mecklenburgici* haec habet: (a) Lehen hat den Namen von Lehen (b) oder Leihen, denn es wird dem Lehnmanne verlehnet oder geleiht, und heisst ein iedes unbeweglich Guth, oder das vor unbeweglich gerechnet wird, welches der Herr jemanden also verleihet (c), daß derselben oberherrliches Eigenthum bey dem Lhen-Herrn bleibt, aber dem Lehnmann und seinen maennlichen ehelichen Erben, oder da er keine maennlichen Erben verlaesst, seinen ehelichen Tochtern, (doch nicht laenger denn (d) ihr Lebenlang) der genießliche Eigenthum und Gebrauch davon zukomt, dem Lehn-Herrn dagegen getreu vnd hold zu seyn, vnd gebuehrend zu dienen. Ex quibus, **HVSANVM** feminae vsumfructariae perinde, vt vasallo, ceu domino utili, tribuere das genießliche Eigenthum vnd Gebrauch, nec ullam eum ponere inter heredes masculos in ipsum feodium succedentes, plenumque ideo vasal-

li

*anni emortualis inter successores feodales et allodiales* quod Goett. 1737, et postea curis secundis adhibitis in *Fascie. II. meditation. ius public. priuat. et histor. concernentium* pag. 231. *sqq.* recensum prodiit, §. 2 — 5.

p) in den academischen Reden ueber *Mascons Buch de iure feudor.* Cap. XI. §. I. pag. 357. *sqq.* in primis p. 360 — 366.

a) Verba damus secundum GERDE-

**SIVM** in Collect. I. *Diplomat. Mectenb.* pag. 33. a quibus quae discrepant in MSCpto exemplo huic **HVSANI** periculi, quod **PRAESES** possider, diligenter notabimus et adiciemus.

b) in MSCpto **PRAESIDIS** rectius: *Leben.*

c) in MSCpto: *verlehnet oder verleibet.*

d) MSCptum inferit voculam; auf

K 3

## LXXVIII

li ius adquirentes, et filias feodum paternum iure vſusfructus retinenteſ differentiam, quam quod harum ius tantum ad dies vitae reſtringat. Idem quoque variae aliae *HVSANI* loquutiones indicare non obſcure vi- dentur, veluti in cap. XV. die behielte ſolch *Lehnguth auf ihr Lebenlang vor dem Groß-Vater* et cap. XVII. ſo faellt auf dieſelben des Vaters *Lehnguth*, iedoch nur auf ihr Lebenlang item: *in ſein en Mecklenburgiſchen Lehnguetern folgen ihm die Tochter — auf ihr Lebenlang.*

4) Id quod in hoc ipſo loco, de femina feodi vſusfructuaria tractando video defenſum eſſe a duobus ICIIS in patria, *Excellentissimo BALKIO* (<sup>a</sup>) ſcilicet, et *Consultissimo PREHN* (<sup>b</sup>), vtroque ad ſum- mū virum D. IVSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM (<sup>c</sup>) prouo- cante, cuius quanta ſit in vtroque iure auſtoritas, vel ne inuidioſe quid ei tribuere videar, quanta eruditioñis laus et gloria, nemo, niſi plane in arte noſtra hospes, ignorare potest.

5) Eſt enim expediti iuriſ, omnes fructus ordinarioſ rei fru- ctuariae ad fructuariuſ pertinere, nec melius potest, quam hac ipſa or- dinarioř fructuum notione ius fructuarii ſecundum Quiritium placita finiri, vbi dubitandum plane non eſt, quin et fructus ciuiles ad fructua- riū ſpectent, maxime quum hi ad ordinarioř genus plerumque ſint referendi. Quae quidem omnia adeo nota ſunt, vt opus non ſit, iis

im-

<sup>a)</sup> vom Erb-Jungf. Recht c. 3. §. 6. iuriſ vſusfr. ſecund. Renerſ. experie §. pag. 43. iſpum locum exſcripliſmus ſupra 7. pag. 16. ad §. proxime praeced. V. n. 8. lit. b. in margine pag. 58.

<sup>b)</sup> in diſtere, inaug. de filia agnati ad Tit. de vſusfructu et quenadmo. §. 7. ante virginem vſusfructuariam defuncti lit. β.

<sup>c)</sup> in introductione in ius Digestor.

immorari. Ita enim ex hac ipsa obseruatione ratio reddi solet, quare partus ancillae in fructu non sit, id est, ad fructuarium non pertineat (a).

6) Omnino negligenda non est haec iuris fructuarii feminarum nostrarum in feoda paterna determinatio, quae ipsos eius fines limitesque quasi describit, eaque, quod maxime notandum, ex ipsis huius iuris nostri fontibus hausta. Ita enim est in antiquissimo HENRICI IX. diplome, quo saepe in hac quaestione vti sumus, iureque optimo vtimur: *Desuelven schoelen und moegen eres Vaders Erve un Leen brucklichen besitten, na eres Vaders Dode, dewile dat se leven, als ere Vader dat vorgehatt unde beseten hefft.* His egregie conueniunt, quae Nobiles patrii saeculo XVI. ad quaestionem tertio loco a D. VLRICO Duce sibi propositam: *Welcher gestalt eine Mecklenburgische Erbungfrau ihres Vaters Lehnguether Zeit ihres Lebens gebrauchen solle und das Fuerstenthum Mecklenburg bis daher also gethan?* hunc in modum responderunt: *Zum dritten wissen wir es nicht anders, denn daß sie es also brauchen moegen, als ihr Vater billig thun sollen, und einem getreuen fleissigen Hauswirth gebuchret, also daß die Lehnguetner nicht geschwaecht noch geringert werden, und wird solcher Gebrauch in allen Eurer Fuerstlichen Gnaden Landen Unsers wissens also gehalten* (a). Ita quoque huic responsioni commenienter HVSANVS, certe vti est apud GERDESIVM (b), hanc rem finiuit hisce  
verbis;

ad n. 5.

a) de qua re ex veterum Romano-  
rum institutis et secundum ipsorum phi-  
losophiam breviter expositum est a PRAE-  
SIDE in diff. inaug. PEITZNERI, de  
iure fructuum in primis post Augst. ma-  
turescere, in separata, feodi ab allod. §.  
2. pag. 6. sqq.

a) apud GERDES Collect. 2. pag. 80  
et 84.  
b) in cap. XVII. prout illud exhibet  
GERDESIVS, Collect. 1. pag. 42.  
In MSCpro Codice enim, quem PRAE-  
SES possidet, et ex quo initium eiusdem  
capitis supra dedimus ad §. IIII. n. r.  
pag. 41. sqq. hacc verba non leguntur.

verbis: *Læßt der Lehmann keine Soehne noch Sohnssoehne, sondern alleine ehelich gezeugte Toechter nach ihm, so faellt auf dieselbe des Vaters Lehenguth, jedoch nur auf ihr Lebenlang, und das moegen sie bewohnen, geniessen und gebrauchen, in aller massen, wie es der Vater bewohnet, genossen und gebraucht hat.*  
*Quibus collatis cum iis verbis, quibus vñ sunt Nobiles in responsione sua, id tantum adparebit discriminis, quod hi paullo sollertiares curatioresque fuerint in exprimenda mente sua. Cautentes enim, ne detorquerentur verba, ius feminæ fructuariae metendum dixerunt, non ex eo, quod pater eius fecit, (poterat enim forte euenire, vt plus iusto fecisset, abutendo iure suo,) sed ex eo, quod facere pater debebat.*

## §. VII.

## RESPONSIO AD ARGVMENTA CONTRARIA.

Denique, ne quaestione in vtramque partem disputata, quid adfirmandum, quid negandum sit, quasi anceps in medio relinquam, his ipsis, quae in contrariam partem iam protuli, qui erat vltimus disputationis locus, obuiam eundum et occurrentum erit. Quanquam autem, quum contra nosmet ipsos disputabamus, non id egimus, vt ea tantum proferremus, quae facillime remoueri posse iudicabamus, supprimeremus vero, atque tacendo praeteriremus, quae maioris ponderis tantique momenti videbantur, vt vinci a nobis posse desperandum nobis esset, quin potius ex optima fide, non pro nobis, aut nostra sententia, sed pro eo, quod verum videtur certantes, omni animi mentisque intentione, quae grauissima videbantur et maxime veri speciem haben-

habentia ita, quantum a nobis quidem fieri potuit, proferre studiuimus, vt nihil iis detrahheremus, sed ipsius, si fieri posset, orationis pondere augeremus, sunt tamen in promptu quae his omnibus in aduersam partem disputatis, respondeamus. Respondebimus autem ad ea eodem ordine, quo proposita ea sunt, ad quatuor potissimum capita reuocata, ne miscendo confundendoque, quae obmota sunt, aut iis detraxisse quidquam, aut quid plane omisisse videremur. Primum autem, quamuis ex nostra quoque sententia ineptius vix quidquam fieri possit, quam vt, quae propria sunt patriae iura ex Latii institutis, moribus, legibusque scriptis, quasi proprio fonte diiudicentur, demusque libenter, vt omnem vsumfructum iuris germanici, ita in primis eum, quem patria instituta filiabus ultimi feodi possessoris in feodum concedunt, non esse ad normam vsumfructus romani reuocandum, neque negemus, fieri omnino posse, vt arbitrio legislatoris iis, quae ex ipsa rei natura proficiscuntur, et addatur multum, et multum detrahatur, attamen fortiter negandum putamus, tum eosque procedere legislatoris arbitrium, vt ipsam rei naturam plane immutare et transformare possit 1), tum vsumfructum iuris germanici 2), et in primis hunc, qui filiabus ultimi feodi possessoris de iure Mecklenburgico competit 3), veram esse dominii utilis speciem. Neque omnem seitorum Romanorum ad hoc ipsum ius nostrum ad applicationem ab eo arcendum, sed potius cauendum tantum esse existimamus, vt sobria ea sit, iustisque finibus contineatur 4). Dein vero, quod altero contrariorum loco positum erat, neque con-

cedendum putamus, leges Romanas dare fructuario ius caedendi arbores grandiores in sui tantum utilitatem et vendendi gratia 5), neque dandum, ius caedendi huius generis arbores vendendi causa ad ius vendendi fruendi vlo modo referri posse aut deberi, quin potius ad proprietatem illud referendum esse censemus 6). Quare, quum §. 307. Transactionis provincialis auxit ius vasalli in feodum, incrementum is adiecit proprietatis particulae, quae dominio utili dependenter a dominio directo inest, minime vero iuri vten-difruendi, quod plenissime vasallo competit 7). Quam ob rem nec simpliciter, quod ex venditione arborum grandiorum obuenit lucrum, ad fructus ordinarios feodi referendum esse existimo 8), neque, si id dare velim, quidquam me perditurum esse puto, quum nihilominus in diiudicandis limitibus iuris huius vendendi fruendi respiciendum maxime sit ad ipsas leges illos finientes, ideoque dubitari non possit, quin feminae nostrae fructuariae, licet vel maxime, aut ususfructus generalis notio, aut eius secundum ius Romanum facta finitio eas ad hoc lucrum admitteret, attamen de iure patrio, quod plane eas arbores grandiores, praeter quam in ipsius feodi utilitatem, caedere prohibet, ab eodem omnino arcenda sunt. Neque in eo quid est praefidii pro contraria sententia, quod tertio loco ex eo obiectum est, quod feminae fructuariae eadem liceant in feodum, quae ipsius patri licebant. Satis enim adparet, intelligendum id esse tantum de eo, quod pater vi iuris vten-difruendi facere potest 9), minime vero ad id trahendum, quod ipsi vi proprietatis, cuius aliquam habet particulam, licebat.

licebat. Iam vero ex iis, quae diximus, patet, neque esse hoc ius caedendi materiam ad vsumfructum, sed potius ad proprietatem referendum, neque, etiamsi in fructu illud habere velis, id contra leges manifestas feminae fructuariae concedi posse. Denique, quod ultimo loco est ex verbis *Transactionis prouincialis* eorumque conceptione desumptum argumentum, nec quidquam in nos valebit, nec iuuabit contra sentientium, si qui sunt, opinionem. Plane enim perspicuum est, et supra a nobis obseruatum, hoc loco nouissimae legis in prouincia nostra fundamentalis non concedi ius caedendi materiam iis, qui antea plane destituti eodem fuerunt, in quorum censu sunt feminae feodorum fructuariae, sed iis tantum, qui possunt quidem materiam, sed si insignior sit eius quantitas, eaque non in ipsius feodi utilitatem vertenda, non nisi adcedente speciali Serenissimi Domini directi consensu caedere, hoc iuris dari ex singulari clementia, ut possint numerum arborum, hac ipsa lege definitum, absque specialis consensus requisitione caedere et vendere<sup>10</sup>). Neque praetermittenda est ratio, ob quam Princeps in hoc loco verbis in rem potius, quam in personam, conceptis vsus est, haud obscure ex totius orationis compage adpares. Praecipit enim ille locus in genere de iure caedendi in praediis priuatorum, tam allodialibus, quam feodalibus. Quae distinctio quum ad ipsa praedia spectabat, oratio ita concepta est, ut primum hoc ius circa praedia allodialia, deinceps vero circa feodalia definiretur. Quare qui, quod hic de fundis feodalibus dispositum est, non facta speciali vasallorum men-

LXXXIIII

tione, vellet ad omnes possessores feodorum transferre, peccaret aperte non tantum in eo, quod nec substratae materiae, nec rationis legis, nec ipsius mentis principis, ex constitutio-  
ne, ad quam haec dispositio se refert, manifesto adparentis  
<sup>11)</sup>, rationem haberet, sed et in eo ipso, quod, quae secun-  
dum naturam verborum in rem conceptorum essent ad posse-  
forem ciuilem restringenda, dilataret ad possessorem quoque  
naturalem <sup>12)</sup>, quod et in hac, et in aliis speciebus plane in-  
eptum foret <sup>13)</sup>. Quibus ita, et pro stabilienda, et pro firman-  
da defendenda sententia nostra, pro virium imbecillitate  
disputatis, id ipsum, quod in quaestione est, nostramque de  
eo disputandi rationem intelligentium iudicio submittimus,  
qui statuant iam atque iudicent, non tantum quid verum fal-  
sumque, quidue probandum aut reiiciendum sit, verum quo-  
que quantum nos, qualicunque studio nostro atque industria  
ad illustrandum non ignobilem hunc iuris patrii feodalis lo-  
cum effecerimus.

<sup>11)</sup> Non quidem opus videtur, ut multi simus hoc loco, vel in expli-  
cando vel in confirmando eo, quod diximus, de rerum natura arbitrio le-  
gislatoris non plane subiecta. In eo enim, ni fallimur, maxime consistit au-  
xilium illud, quod studium iuris naturae iurisprudentiae cultoribus pra-  
stat, vt eius ope discant curatius noscere et plane perspicere atque intue-  
ri, quid cuiusvis rei ad ius spectantis propriam constitutam naturam,  
(essentiam philosophi nostri dicunt,) quae adeo constans est, vt nullo  
quiuscumque populi iure plane immutetur, licet varia et multiplex ratio-  
ne in variis iuribus determinari ita possit, vt quae est una eademque  
res, ea ita transformetur, vt plane diuersa esse videatur, si externam eius spe-  
ciem secundum diuersorum iurium placita consideres. Est autem mul-

tum

tum cautionis in hoc genere adhibendum, ne dum mente formamus et fingimus has proprias rerum constantesque et durabiles notiones ex ipsa earum natura defunctas, duorum vitiorum incidamus in aliquod. Alterum enim, quod vitandum est, in eo consistit, ut ne plane pro arbitrio nostro fingamus hasce notiones, plane non inspectis iis, quae variis legibus de iisdem disposita sunt, alterum hoc est, ne unius alteriusue iuris positui in finiendo nimiam habeamus rationem, idque omne, quod populo citadim de re quadam statuere placuit, adeo habeamus naturale, et ad ipsam rei naturam ita pertinere existimemus, ut abesse id plane et diuelli a re illa non possit. Quorum vitiorum, quasi extremorum sibi oppositorum, alterum video maxime esse Philosophorum proprium, qui si ne curatiore legum notitia ad ius naturae adcedentes, solo ingenio suo freti pro libitu fere formant quarumcunque rerum ad ius spectantium notiones, nulla habita cura vñus, quem in loquendo ICTi receperunt, alterum ICTorum magis videtur proprium esse, in primis eorum, qui nimio iuris Romani amore capti, tantum non omnia a veteribus Latii ICTis in iure disputata adeo egregia habent, ut existiment ea ex ipsa rei natura profecta. Inter quos, qui incedit media via, hac quoque tutissima ibit. Hanc ipsam autem, si quaeris, quae nam sit? paucis tibi respondendum videtur, in eo consistere, ut caute curateque circumspicias, quae nam in diuersis populorum iuribus sint vario modo variaque ratione finita, et quae nam conflanter quasi et vnauiimter in omnibus perinde seruata sint. In his enim, quae apud omnes populos aequali ratione seruantur, ponenda procul dubio est rerum, natura, a qua reliqua, quorum non una est penes omnes populos ratio, caute fecernenda sunt.

2) Si dicendum quod res est, licet sciam multos in eo esse, ut omnem vsumfructum iuris germanici habeant pro dominio utili, pessime hac ratione iurisprudentiae nostrae consultatur, et confunduntur misceruntque inter se, quae plane sciungenda et separanda erant. Error

ris causam atque originem hanc esse puto, primum quod viderint latius patere vsumfructum in iure germanico non nunquam, quam in iure Romano, dein quod ipsum dominium utile solis Germanorum institutis proprium, a iuris Romani ratione plane alienum inuenient. Sed quum negandum plane non sit, dominii utilis notioni, non obstante vocis barbarie et inconcinnitate, aliam plane rem, et ipsa natura sua (essentialiter dicerent nostrati homines) ab usufructu diversam inesse, eiusque diuersitatis rationem in eo consistere, quod usufructus solo iure utilitatem, mox maiorem, mox minorem, ex re aliena percipiendi continetur, dominium utile vero praeter hoc ius adiunctam quandam habeat ipsius proprietatis particulam, sed dependentem eam a potiori illa proprietatis particula, quae dominium directum constituit et dependens non est, sane non video, quomodo iurisprudentiae nostrae consuluntur, dum haec uno nomine usufructus comprehendamus. Cui rei proximus est ille error, quo omnem vsumfructum germanicum dicunt utile esse dominium. Ita enim dotalitium, de quo maxime disputant SCHILTERVS et BEYERVS locis supra (a) commemoratis, concedo lubentissime, esse ex iuris germanici principiis finendum, nec usufructus iuris Romani limitibus circumscribendum. Sed qui ideo id pro dominio utili habet, (b) illum gnauiter errare cum perillustri GEORGIO LUDOVICO BOEHMERO (c), et Generos, atque illustri IOAN. HENR. CHRISTIANO DE SELCHOW (d) audacter contendeo. Neque ex Speculo Sueuico (e)

IUS

a) Vid. n. 2. ad §. proxime praeced. Lib. I. Tit. 17. §. 398. pag. 374. et lit. a, b, g, h, pag. 75. s<sup>r</sup>.

b) Vid. Summi Viri Principia iur. feud. §. 323, lit. b, §. 324. §. 333.

c) Vid. Mart. Chladenivm in diff. ius viduae doariae an sit merus usufructus? Viteb. 1751.

d) Vid. praestantissima eius elem. iur. in Spicileg. iuris Germ. ad Engavivm Germ. §. 456.

ius alienandi, quod volunt illi, probari potest, quum manifesto ibi, non de alienatione rei in dotalitium datae, sed ipsius iuris, quod viduae in hanc rem constitutum est, sermo sit. Sicuti autem ex sola inepta voce *dominare*, quae in MARCVLPHI formulis occurrit (f), subtilis haec de finibus dominii vtilis et vsusfructus regundis controuersia sine temeritate dirimi nequit, ita in precariis seu praefariis non nego, speciem dominii vtilis occurrere, sed ob id ipsum eas ex numero exemplorum meri vsusfructus eximendas esse censeo. Et sicuti plane non miramur, O B E R T V M ius vasalli vsumfructum dixisse, quippe quem constat, multa ex Romano iure in Longobardorum consuetudines transtulisse, vel certe de his ex more et ad modum quasi iuris Romani scripsisse, ita de genuina vsusfructus et dominii vtilis differentia, praeter ea, quae diximus, nihil addimus, quum copiosius de hac re exposuit P R A E S E S alio loco (g). Sane si quis omnem vsumfructum iuris germanici, dominium vtile, aut contra omne dominium vtile, vsumfructum tantum iuris germanici dicere vellet, quod dudum est ab ipso HEINEC-  
CIO (h), qui dum viuebat, et Germaniam et Belgiam ornauit, rieclum, nonne is, nisi quadrata rotundis miscere placeret, dislinguere et separare debebat varias vsusfructus germanici species, variisque formas constituere, quarum aliae haberent aliquam proprietatis particulam adiunctam, aliae solo iure vtendi fruendi considerent? Et quid, quaeſo, ita profeceris?

Sane

e) Vide eius locum supra ad §. VI.  
n. 2, lit. f. p. 76. nominatum.

f) Vide quae dedimus ad §. praece-  
VI n. 2, lit. d. p. 75.

g) Vide Confutatio PEITZNERI dif-  
fert, inaug. de iure fructuum in primis  
post Augustum maturiscentium in separa-  
zione feedi ab allodio §. 18. pag. 76.

sqq. cui hac in re ad sensum praebuit,  
sibique, quae ibi scripta sunt, placere te-

status est illuftr. G V I L I E L M . A V G . R V D-  
LOFF, cuius ad sensum pulcrum sibi ducit  
P R A E S E S , in elegantissimo commenta-  
riolo indicendis lectionibus aestiuis pra-  
misso de confirmatione Caesarea iuris  
primegituriae in familiis illuftrib.  
Germ. in primis intuitu feudorum impe-  
rii, Buetz, 1771.

h) in Elem. iur. Germ. Lib. II. Tit.  
2. §. 42. ur. V. et §. 48.

LX XXVIII

Sane, si quid video, nil amplius, quam quod nomina mutaueris, et de verbis, non de re, controuersiam moueris.

3) Ius, quod mores institutaque patria filiabus ultimi feodi possessoris in feodum, vel ad agnatos deuolutum, vel Domino directo apertum concedunt, mero vſuſructu confiſſere, adeo clare ex iſis fontibus ſubſidiisque iuris patrii nos docuiſſe putamus, vbi ſupra de hac re diſputauimus (a), vt, qui de hoc dubitare poſſit, credamus fore neminem. Quare non mouemur anxia illa dubitatione IOA. BRAND. EN- GELBRECHTI (b), qua admodum fluctuant, extra controuersiae limites ad liquidum nondum deductum eſſe existimat, ad quam iuris ſpeciem referendus fit vſuſructus feminarum fructuarium Meclenburgicarum: Vtrum ſcilięt in classem feruitutum legalium iuris Romani reiiciendus, an ad naturam eius adcedat vſuſructus, quo paullum laxiori primitus gauſiſſint vasalli, ante quam plenarium vtile feodi dominium vracum iure transmittendi feoda ad descendentes et agnatos conſequerentur, fecundum SCHIL- TERVM (c), num denique vſumfructum pinguorem iuris germanici, quo iſum dominium vtile comprehendendi docuiſſet DE LVDEWIG (d), hic admittere liceat? Sed profliganda eſt, et dudum profligata haec ſcrupulofa atram bilem liuenque ſeditioſum ſapiens ambiguitas. Quid enim Romanorum instituta ad patios, in primis in feodo, mores? Quid illud antiquissimum et primum ius vasallorum cum vſuſructu hoc, certe non prius conſtituto, quam quam hi iam haberent integrum illud, quo nunc gaudent, dominium vtile? Omnino ergo vſuſructus eſt iuris germanici. Sed apage omne dominium vtile! Quin potius nec elegantior poſteſt, nec veri-

or

a) Vid. ſupra ad §. IIII. n. 1. pag. 41.

c) in Elem. iur. feud. c. 3. §. 3. 4.

b) in diſput. inaug. de ſucceſſione fi- liar. nobil. in feuda Pomeran. cap. I.

d) de iure clientelari Germ. pag. 170. ſqq.

or inueniri huius iuris semiñarum fructuarum comparatio , quam cum iure , quod viduis in dotalitium competit . Ita enim doctores nostri domesti ci , ita ipsae leges nostrae praecipiunt . **HVSANVS** enim , vbi de hac re agit , expresse et apte in rem nostram his vtitur verbis : *und sonsten die Gueter nach Leibgedings Recht gebrauchen ( e )* . **MEVIVM** pari ratione ius seminarum fructuarum ex dotalitii iure metiri , supra obseruauimus ( f ) . Nec leue huic comparationi ex ipsis *Reuersalibus* nostris ( g ) pondus adiicitur . Eamque similitudinem recentiores patriae doctores vnanimi consensu agnoscant . Estque ea perquam vtilis , quam varia inde , quasi ex fonte deduci possint , quae huic iuri sunt propria , vel potius vtrique communia . Ita omnino immunitas a cautione , quae recte tribuitur viduae doariae ex moribus Germaniae ( h ) , concedenda quoque est feminae fructuariae , vti recte statuant **D. AVVS** ( i ) et **Excell. BALEKE** ( k ) , licet nesciam , annon hic , qui id ex iuris Romani placitis de vſufructu legitimo deditur , altioris indaginis quaestioni ( l ) se immittat .

Id

e) in cap. XVII. *periculi sui apud GERDES pag. 43.*

f) ad §. IIII. n. I. pag. 43 , vbi ipsa verba eius dedimus .

g) Ita enim in art. 28. *Reuersf. de a. 1621.* legitur : *jedoch soll es mit denselben (de viduis sermo est) der melioration und deterioration halber , allermassen , wie oben im Punkte von Erb-Iungfern disponirt , observert und gehalten werden.*

h) *Vid. GEO. FRID. DEINLEIN de vidua vasalli ab vſufructuaria cautione intruita dotalitii immuni , Alt. 1735.*

i) *de filia nob. vſufr. Mecl. posit. 19.*

Nude promissoriam tamen in regula exigit in *diff. inaug. Consult. ROENNBERG de iurib. agnato durante iure vſufr. virg. nob. Meckl. circa feud. compet. §. 13. inf. pag. 19.* cuius vſum , fateor , me non videre , quum qui promissione suac committitur , vbi ad quid iam obligatus erat , securitatem omnino non praefest . Ne dicam id contra iuris Romani rationem esse , quod satisfactionem requirit . *Vid. NOODT , loco , quem mox notabimus .*

k) vom *Erb-Iungfern-Recht cap. 4 §. 14. pag. 64.*

l) *Vide PHIL. BALTH. GERDES II Diff.*

M

LXXXX

Id certe mirati sumus TORNIVM nostrum, qui ipse hancē *ἀναλογίαν*  
 perspexit, parum sibi constantem, mox liberare feminam ab hac cautione  
 (m), mox eam cautioni obnoxiam facere (n). Simili modo ex hoc  
 fonte hausta sunt, quae docte disputat Excell. BALEKE (o) de iure  
 feminarum fructuarium, quod ad immunitationes feodi latius patente, quam  
 iure Romano fructuarii conceditur. Quid? quod ipsam quaestione nō  
 stram de iure feminarum fructuarium circa arbores grandiores caeden-  
 das simili, eoque fortissimo argumento a vidua vasalli desumto decidi  
 posse statim infra dicemus (p). Et ex his intelligi debent, quae scripsit  
 D. AVVS (q), regi hoc ius propriis suis limitibus, nec terminum vſusfru-  
 ctus arripiendum esse in detrimentum iuris virginum. Quibus ita dispu-  
 tatis vix crediderim, ex omnibus iis, quae ex HVSANO supra (r) ad-  
 scripta sunt, quem posse quid pro dominio vtili feminis fructuariis tribu-  
 endo elicere. Nam quae primo loco adducta sunt verba, quum non ex  
 instituto pertineant ad ius fructuarium feminis concessum, omnino quasi  
 fugitiuo loco scripta interpretationem capere debent ex iis, quae postea  
 dixit, vbi hunc locum tractat. Reliqua plane nil probant, nec speciem  
 quidem vllam praeferunt. Retinere enim feodium filia fructuaria dici omni-  
 no potest, licet iure vſusfructus tantum id retineat, quum retentionis vocabu-  
 lum tantummodo possessionem respiciat. Loquutiones autem illas: *des*  
*Vaters Lehngut faellt auf dieselben, die Tochter folgen ihm in*  
*seinen Lehnguetern*, aucupari, inanis est scrupulositatis. Quamuis enim  
 luben-

Diss. de legitimis vſusfructuariis et n) ibid. P. I, §. 3. S. 2. §. 28, pag.  
 quemadm. caueant. Gryph. 1723. In 489.

spicile L. 9. §. 1. D. Vſusfructuar. quem- o) I. c. cap. 3. §. 13. pag. 46.  
 adm. caueat. et GERARD. NOODT Lib. p) Vide quae scripsimus infra n. 6.  
 I. de Vſusfr. c. 18. Tom. I. Oper. pag. 376.  
 376.

m) in Tractat. de feud. Mecl. P. I. adde posit. 9.  
 e. 2. S. 2. §. 34. pag. 227. r) ad §. praece. nr. 3. pag. 77.

Iubenter concedam, melius eum fecisse, si pro vocula: *Lehn-gueter*, scripsisset: *Genießbrauch der Lehngeuer*, quum tamen satis adpareat, nec *H V S A N V M* voluisse filiabus fructuariis plenum ius successio-nis in feodum tribuere, ipsasque vasallas eas facere, et alienum hoc plane esse ab *vſufructu* nostro, ipsis legibus hoc modo finito, ineptiret sane, qui ex huiuscemodi fillabarum auecupio quid vellet pro se, contra solem meridianum exsculpere, maxime quum dici omnino possit, iure successionis et hereditario filiabus obuenire hunc *vſumfructum*.

4) Qua quidem in re tutissime possum ad omnes omnino pa-trios ICtos prouocare, qui quidem omnes, vbi de hoc iure differunt, dum quid *vſufructuariae* feminae concedendum adserunt, quod de iure Roma-no *vſufructario* competit, vt id probent, prouocant ad scita Romanorum. Qua quidem in re si vellem, vt probarem quod dixi, exemplorum silua, euoluere scriptores de hoc iure domesticos exterosue, et longo carmine recensere loca, quibus hac argumentandi ratione vſi sunt, inani sane diligenter lecturis molestiam crearem. Sicuti vero hoc recte procedere ne-mo non videt, quatenus Romani ex ipso *vſufructus* natura philosophati sunt, et latius patente *vſufructu germanico* non inepte ab eo, quod minus est, ad id, quod maius est, deducatur argumentum, ita satis adparet tam in eo cautione opus esse, vt ne, quae ex singulari sua philosophandi ratione deriuarunt Romani, aut contra, quae denegarunt *vſufructuarii*, simpli-citer ad feminas nostras adplicemus.

5) Satis puto, supra (a) me docuisse, ius Romanum omnino fructuario ius non dare, siluam non caedam, nisi in utilitatem fundi fructuarii, caedendi. Quibus si quid addendum est, adiiciamus grauissimi ponderis argumentum. Praebet id nobis *V L P I A N V S* ICtus (b), qui ipsi marito, cui dominium tamen civile in dotem, ideoque lautijs ius,

quam

a) ad §. *III*. n. 7. et 8. p. 47. b) in *L.* 7. §. 12. *D. solito matrem.*

M 2

quam vsumfructum, tribuunt Romani (c), caedas quidem arbores vel  
cremiales in fundo dotali natus et ab ipso decisa, in fructu cedere ad-  
ferit, minime vero non caedas, quas si deciderit, quasi deteriorem fun-  
dum fecerit, maritum teneri dicit. Quibus ita ex ipsis legibus dispu-  
tatis, recentiorum ICtorum auctoritatibus non opus erit, licet nec his  
destituamur. Idem enim nobiscum adserunt **VLRICVS HVBERV** (d)  
et **TORNQVIVS** noster (e), vt praeter **N O O D T I V M** et **F A B R V M**,  
quos supra nominauimus, plura recensere nomina superfedeamus. Ne-  
que dubito, ipsum D. **BOEHMERVM** in partes meas vocare, quod sane  
nemo mirabitur, qui leges euoluit, quas nominauit, vbi pro mira suabreuitate,  
isti libellorum generi aptissima, de silua in genere loquitur. Omnino  
enim voluit secundum loca iuris, quae adduxit, intelligi.

6) Ne longiores simus in hac quaestione discutienda, cui qui-  
dem non negamus multum in rem nostram ponderis a nobis tribui, sed  
quae veremur quoque, ne multis ob subtilitatem disPLICITURA sit, ad ea  
remittimus Lecturos, quae supra disputauimus de arboribus non caeduis  
fundorum partibus, non fructu (a), ad quae firmanda facit et iste **VL-**  
**PIANI** locus, quo mox vii sumus. Sed non possum, quin alio haec  
firmam testimonio domestico, quo nescio, an quid aptius possit in rem no-  
stram, aut quod maioris momenti sit inueniri. Nam Equites nostri, qui-  
bus D. **VLRICVS**, vt saepius diximus, varias ad rem patriam feoda-  
lem spectantes quaestiones proposuit, vbi de iure viduarum vasallorum  
quaesuit, et haec undecimo loco posuit: *Wie es mit der Hoelzung, Fi-  
scherey, Brief und Siegeln, Morgengabe, Befferung, und anderen Ge-  
rechtigkeiten, so der Frauen aus dem Gute gebuchren, solle zu halten seyn?*  
ita ad ea responderunt: *Was zum eilsten, Hoelzungen, Fischereyen,*  
*Siegel*

c) L. 23. C. de iure dot. L. 9. C. de et quemadm. §. 10.  
rei vind.

d) in Praelect, qd D. Tir. de Vfzfr. e) P. I. c. 2. S. 2. §. 35. pag. 229:  
a) §. IIII, pag. 41, et u. 2. pag. 47:

*Siegel und Briefe anlanget, bleiben die gemeinlich, als Pertinentien des Lehens bey dem Lelinsfolger. Die Morgengabe gehoeret den Wittwen. Besserung ist in der Policey-Ordnung decidiret (b). En ergo filias ad pertinentias, quod aiunt, id est ad' partes ipsius feodi relatas. Et a quibus quaeso? ab ipsis equitibus nostris, iisque selectis non nullis, quibus tantam rei feodalis patriae peritiam ipse D. Princeps inesse censuit, vt ab iis optime putaret, se posse de quaestionibus quibusdam dubiis certior fieri, ita quidem, vt eorum decisioni ipsum ius certum atque scriptum superstrueret. A viris, qui quidem ipso vnu erant iure moribusque patriae edociti, quum essent ipsis vasalli, sed remoti ab illa subtilitate doctorum, quae in verbis magis, quam in re ipsa consistit. Ergone poteramus horum auctoritate aduersus eos vti, qui forte, vt vereri nos diximus, nimiae huiuscemodi subtilitatis nos accusent? Ea enim demum nimia et improbanda dici potest subtilitas, quae in verbis magis, quam in ipsa re quaerenda est. Contra vero, quae ipsis rei insunt discrimina, ea subtili iudicio anquirere et inuestigare, id sane tantum absit, vt improbari aut vituperari possit, vt potius in eo subtilitatis genere sit maxima eruditionis et ingenii acuminis laus ponenda. Sed recte quoque, vt paullo ante diximus, videmur ex hoc ipso loco, nouo argumento, deducto a similitudine iuris viduarum et filiarum fructuarium ipsis legibus nostris stabilita, ad quaestionem nostram, quam tractamus, de denegando feminis fructuariis iure caedendi arbores grandes, vti nos posse.*

7) Ita enim sentio: ius caedendi arbores non caeduas spectat ad ius de ipso fundo eiusque substantia disponendi, quum caesis huiuscemodi arboribus fundo pars quedam dematur, pretium fundi minuatur, ipsumque praedium deterioretur, teste VLPIANO (a), cui iam tertium

testi-  
b) Vid. GERDES Coll. 2. pag. 81. a) loco, quem diximus nr. 5. lit. b.  
et 85.

testimonium denuncio, ideoque ad proprietatem spectat, quae quam  
dependenter competit vasallo, inde est, vt non possit, nisi consentiente  
demum domino directo, a quo pendet ius suum, id exercere. Quae si  
fecus essent, et rectius hoc ius caedendi arbores ad utilitatis percipiendae  
facultatem referri deberet, vix intelligerem, quare opus esset in hoc  
iure exercendo speciali domini consensu, quum in eo omnes consentiant,  
quod vasallus libere possit quoscumque ex feodo prouenientes fructus, tam  
ciuiles, quam naturales, tum ordinarios, tum extraordinarios percipere,  
plenoque iure capere, nullo omnino domino directo in usu et fructu  
feodi concurrendi facultate relicita, praeter eam, quam speciali pacto  
sibi forte reseruauit (<sup>b</sup>).

8.) Quamvis enim videri possit, ad fructus ciuiles feodorum  
esse referendum pretium, quod possessori ex venditione arborum gran-  
diorum in fundo caesarum obuenit, rectius tamen puto hoc negandum  
eodem iure esse, quo quilibet certe negaret, pretium, quod possessor  
feodi ex venditione pertinentiae seu fundi aliis cuiuscunque partis acci-  
pit, esse in fructuum ciuilium fundi huius numerum censemendum. Omni-  
no enim si quid alicui obtinet emolummentum ex re sua, aut occasione  
rei sua, vt id ad fructus rei ciuiles referri possit, requiritur, vt ipsa  
rei substantia maneat salua. Alias enim vendito integro fundo, dicen-  
dum quoque esset, pretium inde redactum in fructu esse. Quod omni-  
no fecus est, quum in locum ipsius rei, quae principalis est, substitua-  
tur, haecque plane amittatur, ideoque ad adcessionum genus, ad quod  
spectant fructus, referri nullo modo possit.

9.) Plane eadem ratione in iure Romano ex eo, quod propri-  
tarius facere solebat, diiudicatur ius fructuarii, in iis, quae spectant ad vi-  
litatem

*b)* Ipsa verba per illistris BOEHME-  
RI in Princip. iur. feod. §. 251. mea-  
fecit; quippe quibus elegantiora aut  
aptiora invenire non potui. Ipse vero  
quae dixit Vir summus legum auctori-  
tate firmavit, doctoresque plures nomi-  
nauit,

litatem percipiendam, minime vero in iis, quae ad ius proprietatis pertinent (a). Ea mens est et D. HENRICI Principis et HVSANI in locis, quae supra excerptimus (b). Caeterum nec hoc plane praeteruidendum est in hac quaestione, equites illos, D. VIRICO de eo, quod in patria circa usumfructum legitimum feodorum filiabus vasallorum competentem iuris est, respondentes, ex iis, quae pater feminae fructuariae fecit, non propri finire, quid haec facere possit, sed potius, quid facere debeat, et non facere possit. Omnia enim, quae in responsione eorum ad tertiam quaestionem ipsis propositam continentur, aperte indicant, id maxime eos voluisse indigitare, ne magis quidquam liceat feminae fructuariae, quam patri eius licuit, quamvis hoc tam caute exponere opus non fuisset.

10) Hac ipsa ergo constitutione, quod antea erat plane inde terminatum et incertum, iam certe ratione queruum et fagorum caedendrum ad certam normam est reuocatum. Ita enim antea in constitutione de d. 24 Febr. 1750 erat caustum, vt arbores caeduae singulas quidem vel in ipsis feodi utilitatem, vel ad vasalli necessitatem adhibendas vasallus posset caedere pro libero arbitrio, insigniorem vero quantitatem vendendi gratia caedere absque consensus specialis requisitione non liceret.

11) In illa constitutione enim, quae a. d. 24. Febr. 1750 concepta est, et ad quam haec dispositio se refert, ideoque ex eadem omnino interpretanda est, disertis verbis, et adeo clare, vt nec ulli calumniae locus detur, vasallorum mentio facta est, quum hunc in modum ibi scriptum legatur: *So wollen und verordnen Wir hiemit gnaedigst und ernstlich, daß — alle Allodial-Inhabere und Vasallen Unserer Lande, wenn sie außer dem benoethigtem Bau- und-Brennholz, eine Quantitaet harten Holzes umhauen oder zum Verkauf saellen wollen, Uns davon den Rechten und altem Herkommen nach vorherige Anzeige thun sollen,*

a) Quod satis potest exemplo L. 9. §. fin. D. de Vfusr. et quemadmodum illustrari.

b) ad §. praeced. nr. 6. pag. 79<sup>t</sup>

## LXXXXVI

len, und zwar etc. sequitur distinctio inter solam annunciationem in alio*diis sufficientem et requisitionem consensu*s Principis, qua Domini directi, in feodis necessariam.

12) Dum fructuariae feminae naturalem tribuimus possessionem, quilibet iurum non plane imperitus videt, vel non monentibus nobis, intelligere nos eam possessionem, quae naturalis ideo vocatur, quia is, qui rem detinet, non animo rem sibi habendi, eidem insisit, sed in possessione magis est, quam ut possidet (a), licet et alias fructarius naturaliter hoc sensu possidere dici possit, quo is, qui corpore rem tenet, et in possessione est, naturaliter possidere dicitur, ut contraria ratione civilis possessio tribuatur illi, qui solo animo, non corpore possidet. Vtramque significationem naturalis possessionis in usufructario eleganter et scite expli-  
auit GERARD. NOODT (b).

13) Eadem enim ratione idem ius quoque debebat ad credito-rem, fundum pignoris, et *avtixpnyteas* iure possidentem, transferri, quod nemo non videt, quam sit incongruum et plane ineptum.

Et haec quidem pro instituti ratione de quaestione a nobis proposita disputasse sufficiat.

a) L. 6. §. 2. D. de precario L. 5. §.  
I. D. ad exhibendum. b) Lib. I. de Usufr. cap. 3. Tom. I.  
Operum. p. m. 343. in fine et sq.

Pag. XX. I. 5. ita legi sum est: plane non, sed semper generaliorem vasallorum denominationem occurrere.

- XXXII. 1. 2. pro: sobolis *lege*; soboles.
- XXXV. 1. 1. in fine omissus est numerus: 31.
- XXXX. 1. 1. pro: arrogant *lege*; arrogant.
- XXXXVII. not. col. 1. 1. 1. Legendum est: L. II.
- XXXXVIII. 1. 18. pro: inferuiant *lege*; inferuient.

Plura, si quae irrepererunt, in primis in ultimis plagulis; facile Lecturi emendabunt.

vd18

ULB Halle  
005 353 157


3



Sb







F. 5. num. 57.

DE  
ARBORIBVS IN FEODO  
SECUNDVM §. CCCVII. TRANSACTIONIS PROVINCIALIS  
MECLENBVRGICAE  
A FEMINIS FRVCTVARIIS NON CAEDENDIS

A V C T O R I T A T E  
ILLVSTRIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE  
ADOLPH. FRID. TRENDELENBVRG

S. PALATII CAESAREI COMITE  
ART. LIBERAL MAGISTRO PHILOSOPH. ET IVR. VTR. DOCTORE  
IVR. ANTECESS. ORDINIS ICTORVM BVETZOV. SENIORE  
SOCIETATI DVCALI TEVTON. QVAE HELMSTADII EST  
HONORIS CAVSSA ADSCRIPTO

VT AD  
SVMMOS IN IVRE HONORES  
ADITVM SIBI PARET  
DISPVTABIT

ERNEST. IOAN. FRID. MANTZEL  
ROSTOCHIENSIS MEGAPOLITANVS  
IN DICASTERIO DVCALI QVOD ROSTOCHII EST ADVOCATUS  
ET PROCVRATOR ORDINARIVS.



BVETZOVII  
A. D. XXVIII, MAII A. O. R. c1515CCLXXII.